

# ANNOTATA IN

EXPOSITIONEM PRIORVM EPI

stolarum Gulielmi Budæi Parisiensis à Secretis

Regis Franciæ: cum Chartarum & uer

siculorū indice in hunc modum.

Pagina 3. uersu. 4.

**N**itio uerti posset.] Liuius, neminē id Fabio poea  
nam deprecanti suam uitio uersurum. Dicitur &  
in crimen uertere, uel in uitium. Idem Romanos  
mīhi obīcis, & ea quæ gloriæ esse debent, in cri  
men uertis. δι' αἰτίας ἔχεις.

*In rō so exemplū  
Liuiano significat  
quod nos multo  
dirimus pūne*

Regius caduceator.] Caduceatores à prouincijs appella versu. 18.  
tiones accipiunt.

Sat: n salue ageret.] Liuius libro primo de Lucretia lo-  
quens. Quærenticq; uiro, sat: n salue: minime, inquit. Quid  
em salue est mulieri amissa pudicitia? Alibi. Vix enim salu-  
te mutua redditia quum obuiam egressus esset: Sat: n salue,  
inquit, Luci uolumnis: ut se: res in Samnio habent:

versu. 19.

Pagina 4. uersu. 1.

Quanta gratia apud regē flagrare. ] Flagrare gratia sic  
dicitur, ut flagrare inuidia. Tacitus. Flagratiſſima tum gra  
tia Pallas, & Appianæ cædis molitor Narcissus, agitauere,  
num Messalinam secretis minis depellerent amore Silli.  
Cicero in Ver. Graui diuturnoq; iam flagramus infamia.  
Idem: Syracusis flagrabat domus tota prætoria studio ho  
minum atq; cupiditate. Nec mirum, omnibus comitijs tot  
ciuitatum, unam in domū reuocatis, id est celebris erat, in  
ore omnium erat. Alibi. In conuiuijs quæ domesticis stu  
pis flagitijsq; flagrabant. Id est, celebrabantur.

versu. 4.

Ob oculos obtrudēs.] Inuitis & auersantibus ostētans,  
ut inquit Donatus in Ecyclam.

2. ANNOTATA IN G. BVDAE I

- Versu 10. Minoris iudicare.] Iudicare aestimare. Videbis latius in Annotationibus.
- Versu 11. Arbitratoribus.] Est in glos. de contemptu rerum fort.
- Versu 13. Tabularum mearum.] Tabularum mearū. Vide in pri. Annotationibus.
- Versu 15. Nullam dum pagellam.] Nullam dum: nullam ad hunc diem. Cicero ad Planc. At ego ei literas tuas dedi, nihil dū enim sciebat ουδέν πω. Liuius. Nullo dum certamine inclinatis uiribus.
- Versu 21. Subsidium afferre.] Subsidium est ultima acies, quæ ad extremum discrimen succenturiata est. Id quod Græci επιταγμα dicunt. Vnde fit, ut subsidium sit auxilium & opitu latio penè ad extremū casum seruata. Cæs. Cæsar subsidia ad omnes casus parabat. Plin. lib. xxxi. Quia sæpe nauigantes defectu aquæ dulcis laborat; hæc quoq; subsidia demonstrabimus. καταφυγία, κρησφυγετα. Tacitus. Subsidiū rei familiari oraret deprecabundus, αφορμή.
- Versu 22. Ad rem factitandam.] Ad patrimonium augēdum. Terentius. Nunq; rem facies. Sic Cicero uti solet.
- Versu 24. Insani literarum amoris.] Est in gloss. de contempture rum for.
- Versu 25. Væcordē esse putat. ] Insanus est, immodicus, immēsus. Cicero pro Milone. Quo in fundo ppter insanias illas substructiones facile hominum mille uersabatur. Et insanæ uites Plinio, id est triseræ. Vnde natū prouerbium. Optimū est aliena insania frui. Cuius idem meminit lib. xvij. Id immodicis ædificijs aliorū. Vnde apud græcos ιπτομανία, διπλοκανία, pro insano studio equorum & armorum, & multa alia. Hunc autem immodicum amorem literarū non modo insanum multi, sed etiam furiosum putant esse.
- Versu 28. Exoticas.] Peregrinas, lōge petitas, ut exotica unguenta Plauto, quæ Cic. de Orat. aduentitia latine uocat.
- Versu 29. Propius factum.] Cicero ad Quintū fratrem: Propius nibil

nihil factum quam ut ille occideretur. Et itidem pro Clu-  
entio. Sic nunc proprius nihil factum est. Id est paulum ab-  
suit quin exoscularet.  $\pi\alpha\gamma\delta\sigma\delta\epsilon\nu\kappa\lambda\delta\sigma\rho\tau\mu\beta\epsilon\lambda\sigma\rho\tau\mu\epsilon\mu\lambda\omega\kappa\alpha\tau\alpha\phi\iota\lambda\phi\mu$ .

Accessione.] Accessione, id est incremēto & additamēto. Versu 3a.  
Accessiones etiam sunt quae capiti accedunt, id est prin-  
cipali, ut uulgo loquimur. Cice, in Ver. act. quarta. Ad sine-  
gula medimna multi sestertios duos, multi quinque acce-  
sionis cogebant dare. Idem. Nec nummorum accessionē  
cogebatur arator dare, nec ternas quinquagesimas frumen-  
ti addere. Id est προσκατάβλημα, hoc ipse postea corollariū  
uocat. Accessio etiam est προσαγογή ηχείηπιργυσις προσθήκη,  
id est, quod sensim accrescit, ut quum dicimus accedit his,  
id est, cumulum auget, επιγίνεται τοντοις.

Pagina 5. uersu 5.

Si quādo res ita nata fuerit, ] Si unquam occasio fuerit ē-  
terum euentu.  $\delta\eta\kappa\mu\tau\chi\omega\alpha\phi\phi\mu\lambda\omega$ .

Fixo nec circūductili decreto.] Circunductile decretū Versu 3a.  
dicitur, antiquabile, delebile. Circumducere em̄ delere est,  
& abrogare. Paulus de re iudicata. Acta apud se habita, si  
partes consentiant, potest iubere iudex ea die circumduci,  
nisi uel negocium uel lis terminata est. Vlpia, de Iudicijs.  
Quod si is qui edictum peremptoriū impetravit, absit die  
cognitionis, tunc circumducendum erit edictū perempto-  
riū. Circumducere etiam inducere dicit Liu, lib, ix, de bell.  
Maced. Vectigalium locationes quū Senatus precibus &  
lachrymis publicanorum uictus, induci, & de integro los-  
cari iussisset, Censores omnia eadem paulū imminutis pres-  
cis locauerunt, Id Cicero circūscribere uocat in præt. urba-  
na: quamobrem omni tempore Syllano ex accusatione cir-  
cūscripto legationē præclararam cognoscite. Et in Finibus:  
Circumscriptis igitur ijs sententijs quas modo posui, relin-  
quitur &c, Id est sublati inductis, oblitteratis,

Pagina 6. uersu 5.

Curionum aliquis.] Curionum aliquis, id est, eorum qui in curia ordines ducunt, hoc est in Aula, ubi summa est curia, quae de rerum summa statuere potest, pro potestate & imperio. Maximus Curio Romæ diaebatur, cuius autoritate curiae, omnesque Curiones regabantur, fuit autor est Festus. Luius lib. septi. Secundi bel. Punic. Inter maiorum rerum curas, comitia maximi Curionis uetus excitauerunt certamen. Qui nunc Curati sacerdotes vocantur, Curiones latine melius dicerentur. Et Curiae sunt vicinitates sub eodem Curione constitutæ, quæ uerbo græco parœciae vocantur, quasi accolatus & curiales sunt, qui vulgo parochiani dicuntur.

versu 22.

Nō à Secretis.] A Secretis sunt, qui ab ore principis imperia accipiunt diplomatum subscribendorum, edictorumque, quæ in concilio selecto decerni solent. Secretarij ueluti scribarum uice funguntur in rescriptis subsignandis, quæ iure & æquitate nituntur; quæque ex bono & æquo postulantibus conceduntur sine conscientia principis: necque id modo in aulico fit comitatu, sed etiam Parisijs, propter curiam centenariam, eam partem Reip, pro potestate administrant secundum Cancellarium Octouiri prætoriani libellorum magistri, in quorum collegium Budæus postea adoptatus est principis beneficio. Quare ab urbe in comitatum commendi necessitate alligatus est. Utrobiisque enim munere suo fungitur, licet nomen id munus habeat à prætorio principis.

versu 30.

Functus sum]. Rege tum Ludouico scilicet superstite.

Pagina 7. uersu 4.

Belli pacisque munia.] Nō alia, inquit, munia mea sunt in bello quam in pace, quia urbanam uitam ago.

versu 11.

Superfuimus.] ἐπειώσαμεν περιγενόμεθα, superstites fuimus.

versu 16.

In sinu tuo.] Quasi arcans uerbis & quæ à paucis exaudiantur. Pauci enim græce intelligunt.

Pagina

## EPISTOLAS PRIORES

Pagina 8. uersu 20.

Vel fœnerato reddas. ] Fœnerato reddere est σύπεπινεγ-  
πίαμειδες. Plaut. in Menech. Næ illam mecastor fœne-  
rato abstulisti. Id est, hoc furtum cum fœnore reddes.

Perscribe. ] Est in annotationibus secundis.

versu 22.

Pagina 9. uersu 16.

Per tuam facilitatē. ] Id est, tanta est tua facilitas, uel quæ  
tua est facilitas. Liuius. Quietum inde uidebatur fore reli-  
quū æstatis, fuissetq; per Poenum hostem. Persius : Per me  
equidem sint omnia protinus alba.

Pagina 10. uersu 10.

Insignibus. ] Insignia in unaquaq; re dicuntur quæ ma-  
xime conspicuasunt. Cice, in Orat. de translationibus lo-  
quēs: Hæc & reliqua ex collocatione uerborū quæ sumun-  
tur, quasi lumina magnū afferunt ornamētum orationi. Sunt  
enim similia illis quæ in amplo ornatu scenæ aut fori appels-  
iantur insignia, non quod sola ornent, sed quod excellant.  
Eadem est ratio horū quæ sunt lumina, & quodam modo  
insignia. Idem in pri. de natu. deorū, Solem & lumina stel-  
lascq; insignia mundi uocat. q. καλωπίσματα & ad uerbum  
πρατήματα, ut sunt insignia magistratum τὰ ἐπιπρέπη, τὰ  
παραπρέπη.

Exemplo in seipso prodito. ] Edito exemplo in persona  
regia, quod aliij æmulari contenderēt, reges. s. & magni po-  
tentatus. Tacitus. Non tamē adeo sterile uirtutum seculū,  
ut non & bona exempla prodiderit.

Inter superos referat. ] Ut referre inter diuos dicunt τὸ  
ἀρδεῶσαι, & hic significat eloquentiam posse reges in cœ-  
lum laudibus ferre, aut ad infimam plebeiorum sortem de-  
primere. Cice. Philip. quarta. Quid expectas Marce Anto-  
ni iudicia grauiora? Cæsar fertur in cœlum, qui cōtrate ex-  
ercitum cōparauit. Id est summis laudibus celebratur. Vnde  
de in cœlo esse pro ὑπέρευσθαι μῆμη idem dicere solet. Et de

cœlo detrahi, pro de summis laudibus deturbari. In Philip.  
ij. Collegam tuum de cœlo detraxisti.

versu 32.

Præsentaria. ] Ex tempore repræsentata, ut præsentariū  
argentum Plauto, pro in numerato existenti.

Pagina 11. uersu 14.

Nunquam constitit operæ premium. ] Curtius. In opem  
consiliū Regē senior quidā adiūt, si preciū operæ esset, aditū  
se monstraturū promittens. Id est si præmium dignū opera.

Pagina 12. uersu 9.

In æde Saturni. ] In æde Saturni erat ærarium Romanū  
tanquam in loco tutissimo. Saturno eī regnante in terris  
nullū unquam fuisse furtum cōmissum aiunt, ut inquit Ma-  
crobius lib. 1. Satur. Aedem autem Palladis hic intelligere  
oportet, officinas chalcotyporū, quarum præsidio ingeniorum  
monumenta posteritati asseruantur in alia alia cypsecu-  
la. Sanctiores autem rationes ut sanctius ærarium dixit, de  
quo ipse in primis annotationibus loquutus Budæus.

versu 11.

Quid enim futurum est, si te non ex stipulatu. ] Actio ex  
stipulatu oritur quū uno pacientiū percunctante ecquid  
huc uel illud se daturum, alter aut facturum spondeat, ipse  
spondere se & promittere dicit. Pollicitatio uero est ultro  
promittentis, ηχή ἀνθαίρετως ἐπαγγελμάτων. Vlpia. Pactum  
est duorum consensus atq; conuentio; Pollicitatio uero of-  
ferentis solius promissum.

versu 23.

Ac ne id quidē primo quoq; tēpore] Nec id exigam quū  
dabitur occasio, quod & prima quaq; die dicitur à Plinio in  
epist. Et prima quaq; occasione. Idem. Proinde prima qua-  
que occasione mitte. ὅταν τάχισα εγχωρῆ. Ηὕτω μέντοι  
καιρός. επειδή πρώτη εγχωρῆ ἀφορμή.

versu 26.

Antiquiora nomina exegero. ] Nomina pro debitoribus  
ponuntur, uel pro syngraphis creditarū pecuniarum. Inde  
illud proverbiale apud Columel. In pri. Vel optima nomi-  
na non appellando fieri mala foenerator Alphius dixisse fer-  
tur, id

EPISTOLAS PRIORES

7

tur, id est quamuis locupletes habeas debitores, tamē si diu iudicium ipsis nō dictaueris, usuras que non petieris, mala tandem fieri, id est, ipsos tandem nō soluendo tanto æri alie no fieri, sicq; inanem tandem persecutionē, & nomina ipsa cassa factum iri. Sic Seneca. Segnes & tardi, lenta nomina non mala hos ego nō appellabo, sed commonefaciam. Exi gere autem est ad dissolutionem cogere. Cic. Nomina sua exegisse, pecunias sumpsisse mutuas, prædia uendidisse dicitur. Sic Tranq. Votum exegit ab eo qui pro salute sua gladiatoriā operam promiserat. Εἰσεπράξατο. Quid sit autē diem nominum cedere & uenire, uidebis in gloso, de contemptu rerum fort. Calendarium pars est tabularum domesticarū ad nomina facienda instituta, id est, ad fœnus exercēdum, ex eo dictum, quia usuræ erant menstruæ. Calendis enim usuræ exigebantur. Vide in pri. annotationibus.

In meo foro possum.] Ied est patria.

Versu 28.

Syngraphas.] Epistolas ab eis ad me scriptas.

Versu 31.

Pagina 14. uersu 9.

Et pro Moro Oxymorū te uocem.] Oxymoron est sententia ex periculo petita, ut utar uerbis Quintiliani, hoc est ita acute & affectate enunciata, ut fatua uideatur, ut apud Vergilium in Aeneid. viij. Num capti potuere capi. Quod ὀξύμωρον Seruius esse ait. Cice. in Diuinat. Si tacent fas tis dicunt. Vbi Asconius: Tale est, inquit, quū tacent clas mant, & ut uictoriam ipsam uicisse videaris. Et philosophandum est, etiam si non est philosophandum. Hæc in loco nec Oxymora nec Cacozela iudicanda sunt. Aut em̄ inferioribus dictis, aut suprapositis leniunt̄. Ut est est illud: Vereor ut hoc quod dicam perinde intelligi possit auditu, atq; ego ipse cogitans sentio. Quæ uerba Asconius ex Cicerone retulit in oratione pro Marcello: Sequitur enim post ipsa: Victoriam ipsam uicisse uideris. Sic apud Hora, in Epist. Strenua nos exercet inertia, ut inquit Porphy.

b 4.

ANNOTATA IN G. BUDÆI

¶ Quoniā uero Oxymoron ex acuto & fatuo nomē est com  
positum. Ideo Morum amicum suū Budæus appellat Oxy  
morum, hoc est nomine quidem fatuum, reuera autem acri  
ingenio hominem, & ex eo genere hominum stemma suū  
habentē, quos Erasmus in Moriæ encomio laudasse uidet.

**Versu 14.** Qui tot mihi pondo elogiorū grauiss. ] Pondo elogiorū  
libras significat, & alludit ad grauitatem testimoniorum.  
Pondo enim quasi pondera dixit, quū pondo pro libra po-  
natur, nō pro pondere, & præterea congruit libro de Asse  
dictio ipsa pondo.

**Versu 22.** Mea semper fuit ratio. ] Ratio interdum consiliū & pro  
positum significat. Cice. In Ver. Act. iij. Fecerunt etiam ut  
me propè de uitæ meæ statu dolore ac lachrymis deduces-  
sent, ut ego istum accusarem, à quo mea lōgissime ratio uo-  
luntasq; abhorrebat. Idem act. secund. id est in præt. urb.  
Mea quidē ratio cum in præteritis rebus est cognita, tum  
in reliquis explorata atq; prouisa est. Lingua uernacula ca-  
sum uocat, τὸ ἐμόριον Græce dicunt. & τὸ κατ' ἐμέ.

**Versu 23.** Panegyricis ] Panegyrīci, oratiōes sunt q̄si theatrales thea-  
tricaq; fiducia præditæ. Figurati aut̄ ideo dicunt̄, quod nō  
simpliciter indicāt, quod intelligi uolūt, sed quibusdā in lo-  
cis allegorice & subobscure scripti sunt. Inde figuratae con-  
trouersiæ Quintiliano lib. nono quū aut palam dicere parū  
tutum est, aut etiam parū decet, aut quum uenustatis gratia  
figura quæsita est : quæ omnia in digressionibus Budæi si-  
guratam locutionem poposcisse uidentur.

**Versu 25.** Ad murmurationem secundam. ] Intelligit rumorem tri-  
uialium lectorū huiuscemodi scriptionibus non fauentem.  
Cice. ad Quintum fratrem: Claudiū accusauī tanquam re-  
um multis & secundis ad murmurationibus. Translatio  
est à populari corona cōcionibus murmure applaudēte, ut  
pro lege Manilia: Vesta admurmuratio facit Quirites, ut  
cognoscere uideamini, qui hæc fecerunt. Impræsentiarum  
autem

autem significat, ἐπ τῷ πρόχειρῳ τῷ προχυτίκῳ, & de tempore alio quam præsentí melius dicitur. Cato, de lege oleæ legendæ. Extra quam si quem socium impræsentiarum dixerit. Vlpia. de tab. exhibend. Quid enim si occultatæ tabulæ postea prolatæ sunt, cur noceat ei qui responderit quod im præsentiarum ei uidebatur? Idem tempus enim ei dandum est si non potest impræsentiarum exhibere. Dicitur & im præsens. Liuius: Id modo esse salutare etiam impræsens cre debat, cedere inde quantum posset. Cæsar in præsentia dixit. Quoniam obsidibus in præsentia cauere inter se nō possent. Plinius tamen in Panegy. de tempore præsentí dixit: In præsentí etiam. Cicero de tempore quo loquebatur dixit: Hæc ad te in præsenti scripsi, ut græci ἐπ τῷ πρόσθιῳ. quod

Vt sententiarum numero emerendo.] Alludit ad illud Plinij Iunioris de quodā Senatusconsulto improbabili: Sed hoc pluribus, inquit, uisum est. Numerantur enim sententiae, non ponderant: nec aliud in publico consilio potest fieri, in quo nihil tam inæquale est quam æqualitas ipsa. Senatus est igitur Budæum pluris eruditorum paucissimorū ius dicium facere, quam plurimorum qui iudicio carent in rebus huiuscemodi. Aristocratia est Resp. optimatū impērio administrata, in qua uulgi nullum est arbitrium.

## Pagina 15. uersu 1.

Præiudicata opinione.] Sic Cice. de nat. deorū: De Pythagoricis enim accepimus, quū ex ijs quereretur, quur ita esset, respondere solitos, ipse dixit. Ipse autem erat Pythagoras. Tantum opinio præiudicata poterat, ut etiam sine ratione ualeret autoritas.

Versare scripta mea uidear.] Versare scripta per translationem dictū est, ducta metaphora à fabris super incude ferum uersantibus quū incanduit, sicç formātibus, ut Verg. lib. iiiij. Georg. Illi inter sese magna ui brachia tollūt, In numerum, uersantç tenaci forcipe ferrum. Sic Horat. Et ma

Idem m 5. Sabinius, quos in præsentia tribunos militum circuī se habebat, & primoru ordini centuriones, se sequi subebat. Et Toret. m Horat. si scriptura spreuisset in pre sentia. Et cuncti

amus lib. 8 ↗ in pue p. Eli gat stag peritus ulli Tempor ex oīog optima, et tradat eadem in præsentia que pluerit, remota refotandi. Exera mora. Toret. in Adel. Mūj adeo apud fui, quū qđ posse, mallo auferre i presentia.

## Versu 18.

Ie tornatos incudi reddere uersus. Pagina 16. uersu 8.

Nihil me magis mecum in gratiam reducit.] Id est, quū mecum ipse indignari solitus sim, mibiç, ut dicitur, succensere ob id solitus sim, quod mihi me non approbo, nec quā uis industria satisfacio, tamen in futurum iam commodius de me spero, sicç placabilius iam mecum agere & benignius cœpi, postquam, & cætera.

*Versu 11.* Quas etiam conflatas esse.] Conflatas sententias appellat, quæ ex composito idem censem, & quasi compacto in idem iudiciū coēunt, id quod fieri non potest, nisi ab ijs qui capita cōferunt, ut fieri uideamus in curia Centenaria, in ijs quidē controuersijs quæ post causidicorū altercationes, aut plane dijudican̄, aut aliās interlocutione curiae cōstituunt̄. Solet em̄ is qui præsidis tum officio fungit̄, circulatim de s̄trum sinistrumç confessum consulere, atque ita de consiliij sententia pronunciare. Liuius de Decemviris lib. iiij. Iudicia domi cōflabant, p̄nunciabāt in foro. Cic. in Verrē act. tertia: Accusatorū et quadruplatorū quicquid erat habebat in potestate: quod cuiq; negocij conflari uolebat, nullo labore faciebat. Alibi: unde hoc totū ductū & conflatum mendaciū est, id est, coitione & cōsensu multorum ad ornatū σωεσκευασμένορ, ἐσκευωρημένορ, συγκεκριθμένορ. Censere uero est iudicium in confessu sententiam dicentium.

*Versu 21* Quum rationes meas calendatim recognosco.] Rationes calendatim recognoscere, est per singulos menses prescripta nomina recensere, ut sciatur quid nominum quoq; mense factum sit. Prouincialia nomina hic appellat extera, nō domestica, nec patria. Olim enim prouinciales ab Italicis distinguebantur, quasi externi. Inania autem nomina sunt quorum inutilis est persecutio: ut debitorum, qui quū iudicati sunt, iudicatum facere nequeunt. Sic enim inanes actiones appellant Iurisconsulti. Cicero in Verrē, act. iiiij. Multorum testimonium audistis antea, uicerunt Agrigen  
tinem

tinenses fratres, ita ut egentes inanesq; discederent. Id est,  
pecunia exhausti à Verre.

Qui mihi se obstringere amicitiae. ] Amicitiae se ob-  
stringere sic dicit, ut Plaut. in Penulo. Iuratus quidē homo  
furti se astringet. Et alligare se furti, & similia, quæ apud au-  
tores leguntur, ut apud Græcos οὐέχεθαι κλοπῆς. In his em̄  
locutionibus ablatiuus, actione uel iudicio subauditur, ut  
damnatus, iudicatus, reus, postulatus criminis scilicet, ut νόμιμος της ἐπιτυχοποίησαφοβος Demostheni. Neratius: Nā  
& ipsius rei quæ petebatur si tutor indicatus fuerit, & eorum  
quid acciderit, non esse dandam in eum actionem. Liuius  
libro sexto, ab Urbe condita. Centurionem nobilem milita-  
ribus factis iudicatum pecuniæ quū duci uidisset, medio fo-  
ro occurrit. Alioquin obstringo ablatiuo iungitur. Cic. Po-  
test, ne cuiquam esse utile fœdissimum parricidium patriæ,  
quamuis is qui se eo obstrinxerit ab oppressis ciuibus parēs  
nomineat: & Liuius. Nulla sum tibi uerecundia obstrictus.

Iuppiter cognomēto Philius. ] Iuppiter Philius est deus  
disceptator amicitiae, p̄ditæ, ut Hetæreus sodalitatis, de qui-  
bus & alijs Iouis cognominibus videbis in secundis Bu-  
dæi annotationibus. versu 30.

Vel iusta uel libera legatione. ] Iusta legatio est, quū le-  
gationis causa prouincias exteras adimus: Libera, quū pro-  
uinciae gratia adeundæ legationem impetramus. id est lega-  
ti personam assumimus ad prætextum aut ornatum, ut in ijs  
dem annotationibus ipse docuit. versu 33.

### Pagina 17. uersu 6.

Mirum quantum me totum. ] Mirum quantū, pro ma-  
xime positum est. Liuius lib. 1. Mirum quantū illi viro hæc  
nūcianti fides fuerit, & à Græcis tractū, qui θαυμασθεῖσον  
dicūt, & θαυμάσιον ἀλίκον. Demosthenes: ταῦτα ἡ θαυμάσια,  
ἀλίκα, οὐδὲ σύμφεροντ' ἐμόκει τῇ πόλει.

Vt tanquam genituram philosophicam. ] Genituram versu 18.

Philosophicam dixit fatalem affectionem et syderalem. Genitura enim est genesis id est, sydus natalitium. Vtopianæ autē instituta sunt, qualia à Moro in Vtopia descripta sunt. & rursus inferius.

versu 20.

Maritam hanc nostram tolerandā Philologiam.] Mari tam philologiam amoris studiū cum re uxoria cultū. Ca to, Arbores, inquit, uti bene maritæ sint: & uidua statumina Columellæ. Statumina sunt, quibus palmes nullus applicatus est. Sic Iuuenali: Stratus humi palmes uiduas desiderat ulmos. Marita igitur philologia est, quæ uirum sibi coniugem assumpsit, ut arbores maritæ uocantur quibus uites copulant̄. Sic Venuus marita Ouidio in epistola Paridis. An pudet & metuis Venerem temerare maritam, Castac̄ legitimi fallere iura thori. Et maritare uerbū Plinio. Varonī, & Tranquillo.

Pagina 18. uersu 6.

Corporis infirmitatem prædicentiū atq; denūciatiū.] Denunciare est minari. Cic. pro domo sua: Quū equiti bus Romanis mortem, proscriptionemq; minitarētur, mē terrent minis, & mihi cædem & dimicationem denunciarent. Et in Philip. denunciare inimicitias. Alibi, denuncia re seruitutem. Sic Cæsar: Quum neq; pollicitationibus neque denunciatione periculi permouere posset, oppugnare institit.

versu 8.

Et fastigij familiaris attollendi.] Attollere fastigium familiare, est augere nomen existimationemq; gentis suæ. Fa stigium enim est dignitas & maiestas & amplitudo. Curtius lib. viij. Per uos gloriamq; uestram, quæ humanum fastigium exceditis, oro quæsioq;, id est, ὑπὲρ ἀνθρώπων μεγάλοις εὐδοκιμεῖτε uel εὐδοξοὶ ἐγένεσθε, μείζονεσθε κατ' ἀνθρώπους γεγόνατε. Vulgus statum uocat id quod fastigium Romani uocauerunt, ut Liuius quodam loco eiusdem fastigij ci ues uocat, ἵστον τὸν ἀξίαρ.

In

In spe et cogitatione acquiescerē.] Acquiescere interdū versu 19.  
 est affectum animi sistere & oblectari. Cicero in Lælio: Vi  
 cissim autem senes in adolescentiū charitate acquiescimus.  
 Et pro Deiot. In tuo ore, in tuis oculis uultuq; acquiesco.  
 Te unum intueor, ad te unum omnis mea spectat oratio.  
 Sic Curtius: Parum est enim tot modo liberorū parentem,  
 in unico filio acquiscentem, eo quoq; orbari: οὐ μόνω ἀρετή  
 σκόληνος, ἀνασμενίζοντα, ἐπαραπτανόμενος.

Bonaq; indidem spe in æternū hausta.] Haurire, est sen-  
 sibus uehementer apprehendere, & percipere, intusq; con-versu 26.  
 cipere. Cice. pro domo sua. Si utile Reipu. fuit haurire me  
 unum pro omnibus illam indignissimam calamitatē, id est,  
 deuorare & cōcoquere, hoc est perferre. Et pro Cælio: Vi  
 di enim uidi, & illum hausi dolorem uel acerbissimū in uita  
 quū. Q. Metellus abstraheretur ē sinu gremioq; patriæ. Li-  
 uius: Tunc enim uero omnis ætas currere obuij, primus quis  
 que oculis auribusq; tantum gaudium haurire cupientes.  
 τοσάντης χαρᾶς εμφορεῖται οὐ μόνοι.

Quæ in uulgas non probantur.] In uulgas probari, po-versu 30.  
 pulare est & plausibile. Cic. in Parad. Et ea sentit, quæ non  
 sanè probantur in uulgas. Idem: Sed tamen hoc euenit, ut  
 in uulgas insipientiū opinio ualeat honestatis. Idem, ad po-  
 pulum, hoc est apud populū. Idem in Bru. Quare tibicen  
 dixerit discipulo sane frigenti ad populū, mihi cane & Mu-  
 sis. Liuius etiam ad uulgas dicere solet.

Pagina 19. uersu 13.

Nomina de nomine Gallico supprimūt.] Nomina sup-  
 primere, est hominum famam silentio obruere, hominesq;  
 ipsos præterire. Tractum est ab ijs, qui nomina dant in mili-  
 tiam, uel ad aliquid incœptum, quū eorum nomina frau-  
 de supprimuntur. Cice. in Philipp. Rem et ueritatem nobis  
 milites sine ulla recusatione, summo etiam cum studio no-  
 mina dant, id est, se perscribi uolunt. Arria. Qui post deser-

tionem in aliam militiam nomen dederunt, legi'ue se passi sunt. Imperator ut noster rescripsit hos militariter punie-  
dos. Sic Tacitus dare nomen in coniurutione dixit, & re-  
spondere ad nomina. Liuius de militibus: qui ad delectum  
præstò sunt.

**Versu 10.** Homines huius culpæ uel autores uel affines.] Affinis  
culpæ est consors et conscious delicti. Cic. pro Sylla. Hic ita  
quieuit, ut eo omni tempore Neapoli fuerit, ubi neq; homi-  
nes fuisse putantur, huius affines suspicionis. Alibi in eadē:  
Circunspicite paulisper mētibus uestris homines, qui huic  
affines sceleri fuerint. τούτους τοὺς ἀνδρῶποντος δις τι προσήκε  
τοῦ δὲ τοῦ οὐκούγγηματος.

**Versu 32.** Et sartas tectasç eorum fortunas.] Sartas tectasç for-  
tunas, id est, illæfas intactasç, ut in annotationibus docuit  
ipse.

Pagina 20. uersu 6.

Vtricç nostrum familiaritate complacita.] Id est, quæ no-  
bis placuit, placitum est, licitum est, cœptum est, libitū est,  
Cic. dicere solet. Gel, consiliū quod dabat, acceptū ab uni-  
uersis & complacitum est.

**Versu 9.** Imaginaria pro ueris cedūt.] Id est, uicem præbēt, ψειω  
στίχονται, χρέωνται πλάκησι. Paulus de excus. tutorū. Putare  
recte facturum Prætorem, si etiam unam tutelam sufficere  
crediderit. Si tam diffusa & negotiosa sit, ut pro pluribus ce-  
dat, id est loco & numero plurium sit, αντί των πολλών εἴη.

**Versu 26** Expeditionem quandā conflatura.] Id est cōsensu prin-  
cipis coactura atç cōparatura. Cice. pro P. Sylla. Quū ex-  
ercitus perditorum ciuium clandestino scelere cōflatus, cru-  
delissimum ac luctuosissimum patriæ exitum comparasset.  
& pro Cluen. Maxime eius opera, quū quæstor esset, in ex-  
ercitu seditionem esse conflatam, σωματικέναι.

**Versu 28.** In eandem spem incumbam.] Id est totopore nitar, &  
omni ope pariter assequi coner. Cice. ad Atticū. Atç utinā  
ipse Varro incumbat in causam. Quod profectò quū sua  
sponte

sponte, tum te instante faciet. Idem alibi. Facis tu id quidē,  
& eō maxime incumbis.

## Pagina 21. uersu 25.

Mox equum admissurus. Id est ascēsurus. Cice, in secundo de finibus. Publ. Decius princeps in ea familia consulatus, quum se deuoueret, & equo admisso in medium aciem Latinorū irrulebat, aliquid de uoluptatibus suis cogitabat. Valerius lib. iiij. Nocte admisso equo Teanam contendit. Liuius lib. ij. Superbus in Posthumium equum infestus admisit. Id est ascendit & incitauit ad cursum.

## Pagina 22. uersu 6.

Gratiæ cessurū etiam me uidebam. ] Cedere gratiæ est exquare non posse gratiam. Plin. in epist. Nec cedit gratiæ marmoris ramos, insidentesç ramis aues imitata pictura, id est non minor est gratia picturæ, δυχ ἡπάται τῆς χάριτος. Paulo superius, cedere honori, munificentia, est non posse paria facere, διόντε ξιναὶ ριζὲ σοιε ἀμείβεσθ. Sic cedere autoritati Plin. de sorbis loquens. Ab ihs locum amplitudine uendicauerunt (quæ cessere autoritati) nuces iuglandes, id est cum amplitudine præstant, gratia tamē inferiores sunt, ἐλεύπονται, ξικουσι. Cedere famæ. Cicero ad Marium. Pus doris tamen malui, famæç cedere, quam salutis meæ rationē ducere, id est, ueritus sum si ad Pompeium non transisse, ne existimationem meam læderem & minuerem, ξυδιδόναι, ξπεξιαδου. Sic infra cedere cōscientiæ, est imparem esse ferendæ conscientiæ, ξπε ίκφη, ξηγ. ξοδαι.

Per me licet, in aliam quamvis paginam tabularum  
tuarum, ut transcribas. ] In rationibus paginæ sunt multiplices, ut acceptorum pagina & expensorum, & paginæ eorum quæ gratis accipiuntur, & eorum quæ pretio, aut legato, aut hæreditate, aut fide commisso, aut alia causa. Sensus est ergo, si tu ita ratiocinatus es, quasi dum id fuerit gratuitum, me autore tu poteris mutare

versu penul.

sententiam, & ita apud te habere, quasi pignus suffragij tui, mihi eo munere auctorati & obstricti, etiam si reposcitoris munerum appellationem auerteret: Sed tamen hac contestatione uolui te intelligere quid eo munere ageretur. Transcribere autem proprie est ab uno capite in aliud transferre, aut ab uno nomine in aliud, ut apud Vergi. Et tua Dardanijs transcribi rura colonis, Seneca: Philosophia te in uirum transcript.

Pagina 23. uersu 17.

Sycophanticam obseruationem.] Sycophantice obseruare est delatoris, quadruplatoris que more obseruare, hoc est diligentissime: propterea quod huiuscmodi homines miluiniis oculis omnia lustrent ut præde inhiantes. Vlpia. de iuris & facti igno. Ut neq; negligentia crassa aut nimia securitas satis expedita sit, neq; delatoria curiositas exigit.

Versu 22.

Vt citra prouocationem iudicatum.] Si enim, inquit, ea quæ ego notanda utcunq; censui, in exemplaris tui marginibus adnotassem, ibiç quod mutabam ascripsisse. Ofſicium atque autoritatem mihi assumpsisse criticam: quæ em Critici iudicant tanquam pro potestate iudicant & tanquam ab ipsis prouocatio nō sit: sed semel iudicatu sit, quicquid pronūciarint: de quibus Quintil. in pri. Quo quidem iudicio ita sunt seuere usi ueteres Grammatici, ut nō uersus modo, censoria quadam uirgula notare, & libros qui falso uiderentur inscripti, tanquā subdititios summouere familia permiserint sibi, sed autores alios in ordinē redegerint, alios omnino exemerint numero. Critici olim uocabantur: qui postea Grammatici dicti sunt, utraq; autē professio ab Aristotele cœpit, ut Dion tradit.

Pagina 25. uersu 2.

Et mihi prouincia obuenisset. ] Nisi cum ad me delatus est liber tuus ut eum mandato tuo legerem, animum uarijs curis districtū habuisse, obuenit annuus redditus.

$\pi\sigma\circ\sigma\delta.$   
 $\sigma\tau, \pi\sigma\circ\sigma$

*σι, προσεχεῖαι.* Obuenit etiam hæreditas, quo Cice. utitur,  
Et obuenientia bona dicuntur quæ aliunde deferuntur ad  
quempiam. Obuenit hæreditas homini, philosophia homi  
ni non obuenit, sed eam sibi querere debet, inquit Sene-  
ca. Plin. in epist. Domus mihi hæreditate obuenit. Vlpia-  
nus. An pecuniam pupillus habeat uel in numerato, uel in  
nominibus quæ conueniri possunt, uel in fructibus condic-  
tis, uel in reddituum spe atq; obuentionum, *προσόδωμα*.

Intra cubiculum geniale.] Significat se curas familiares  
solitum esse uxori mandare, ipsumq; se omnium operū pa-  
tris familiās immunitate donare, præterquā in lecto genia-  
li, id est coniugali. Interim enim ex uxore liberos non pau-  
cos sustulisse,

versu 12.

## Pagina 28. uersu penultimo.

Nec sub manu tabellarios habere.] Id est in promptu &  
in proximo. Plancus ad Cice. Vocat īj sub manu ut essent.  
per, quorū loca fideliter mihi pateret iter. Sub manus signi-  
ficat faciliter, non ægre, apposite. Plaut. Si quam rem accu-  
res sobrie & frugaliter, solet illa recte sub manus succede-  
re. Idem alibi. Lepide hoc succedit sub manus negotium.  
In manu esse, est penes aliquem esse, & επ' αυτῷ οὐνα. Liui-  
us. Suam cuiq; fortunā in manu esse, & in manibus. Idem.  
Quicq; toties penè uictoriam in manibus habui. Lucanus.  
In manibus uestris quantus sit Cæsar habetis. Cice. aliter in  
libro de senect. In manibus est laudatio. Idē, hodierno tem-  
pore legitur & circumfertur. διὰ χρόνος. Idem. Septimus  
mihi Originum liber est in manibus, id est, nunc à me scribi-  
tur. μετὰ χρόνος. Ibidem. Villa urbana est uilla elegātior,  
mihi non colono ædificata. Videbis in annotationibus.

## Pagina 29, uersu 3.

Ad capitis grauedinem.] Grauedo non modo destilla-  
tionem grauē significat, ut est apud Celsum, sed etiam do-  
lorem capitis et grauitatē. Plin. lib. xxi. de uiolis purpureis:

d

Crapulam & grauedines capitī impositis coronis discutunt. Et lib. xxiiij. de uuis recentibus. Grauedinem enim capiti, morbumq; lethargicum faciūt. Cicero ad Atticū: Pro languore & marcore, qui à febre uel morbo alio manet. Tu quoniam quartana cares, & nedum morbū remouisti, sed etiam grauedinem, te uegetum nobis in Græcia siste.

*Versu 7.* Quod iam quater minimum sub prela missum fuit. ] Minimum est, τὰυλάχισορ hoc est ut minimum, seu non minus quam quater. Var. de re rust: Harum singula genera minimum in duas species diuidi possunt. more Græcorū dixit. Plin. ut addidit lib. xxxiij. Ergo ut maxime duo tātum mislia pondo quū capta est Roma fuere. Sic Columel. lib. teratio: Ne passus fueris plusquā duas, aut ut maxime tres gemmas habere. Cice. aliter in Orat. perfe. Sed loquor de uno pede extremo, adiungo quod minimum sit proximum superiorem. Terentius in Phomio. Domum ire pergam ubi plurimum est, id est plerunque, siue ut plurimum. ὡς ιωνία πλεῖστορ.

*Versu 32.* In gazophylacium quod tuenda sarta tecta. ] Gazophylacium hic officinas Chalcotyporum significat. Librorum enim in ijs officinis editio tuerit musæum, id est literarum bonarum studium. Sartum & tectum, hoc est munitum ab libroru interitu, unde elegantiæ literarum internitio sequetur. De sartis tectis in annotationibus copiose dictū est.

Pagina 3. o, uersu 2.

Cuius opes ingenij absq; eruditiois copiæ trierarchiæ censum inter Græcos. ] Trierarchia munus erat Athenis eorū qui primi census erant, hoc est τοῦ πρώτου τιμήματος, hoc est triremium publice præbendarum necessitas. Budæus lib. v. de Aſſe, de hoc munere ut cēlibus alijs, copiose differuit. Ut autem apud Græcos tres erant census, sic apud Romanos erant quinque classes, in centurias suas diuīsæ, ut docet Liuius lib. primo ab urbe cōdita. Classici erant qui censum conferebant.

his Census  
iuxp; classis

conferebant. Capitecensi & Proletarij erant extra censum.  
Sicut Athenis. προλέτης.

Delicias nunc faciam.] Delicias facere est quod Græci versus 10,  
Ιππιπεῖς dicūt, unde Latinā loquutionē manasse puto, hoc  
est morosula cunctatione ludificari, dissimulatiunculis io-  
cularibus uti, Plaut. in Pœnulo. Enim uero ære meo me la-  
cessis, ludos et delicias facis, hoc est, ludificari te iuuat, & io-  
culari, frustratione mecum agere, id quod ego solitus sum fa-  
cere. Idem in Menæch. Eia delicias facis mi Menæchme.  
Quin amabo is intrō? Hic tibi erit rectius. Vulgo, id est ut  
vulgaris sermo est: nimiū est hoc frustrari & illudere; quid  
te tandiū rogari uis?

Sed compactum quoq; esse autumas.] Compactū, ex versus 20,  
hoc uerbo significat illud opus esse compositionē libri cu-  
mīdam, hoc est chartas multas colligatas, & librum compa-  
ginatum. Quod autem sequitur, Iamq; præberi quasi ex pa-  
cto postulas, est translatio ab opere, quod faciendū locat̄ le-  
ge locationis in syngrapha concepta, ut apud Demosth. πε-  
ρὶ σεφάνων, ὡστε αὐδρίαν τα ἐκδεδωκώς Κύπρου γραφήμ, εἴτα δικ  
τυχούσα, & προσῆκερ ἐκ τῆς συγγραφῆς, κομιζόμενη.

Ab expectatione publica uestra q; amicorum.] Id est, versus 26,  
quantum pertinet ad omnes qui hoc à me expectant, & ad  
uos amicos meos. Similis est locutio Ciceronis de Orato.  
Erat tum ab oratoribus solitudo quædam in foro, hoc est fo-  
rum erat uacuum, quantum ad oratores attinet. Sic Teren.  
Narratq; ut uirgo integra etiam tum siet à se, ἀυτοῦ γε εὐεκα,  
τόγε κατ' αὐτὸν. Dicimus etiam caueo mihi abs te. Id est sa-  
tis dari uolo, et expromissores dari mihi fraudi nō futurum,  
hoc est, quod uulgo dicūt, de indemnitate promitti, & fide-  
iussores dari. Solennis præstatio est, uectigal uel solariū an-  
niuersarium quod pro solo & agro depēditur, uel alia pen-  
sio usitata. Solenne enim solitum & consuetum significat.  
Plin. de apibus. Effecto opere, educto fœtu, functæ mune

## 20. ANNNOTATA IN G. BUDAEI

re omni, exercitationē tum solennem habent. Pli. ad Traia.  
Solenne est mihi domine ea de quibus dubito ad te referre,  
id est, à me obseruatum.

Pagina 31. uersu 25.

Rancidulæ simultatis.] Id est, iam uetustæ. Rancecere  
em est uetustate putrescere. σήπεται. Lucretius: Vnde cada  
uere rancenti iam uiuere uermes expirant: Idem. Rancia  
quo perolent projecta cadauera ritu. Iuuuen. Nam quid ran  
cidius quam quod se non putat ulla Formosam, nisi quæ de  
Thusca Græcula facta est: id est putidius. Quia quæ rance  
scunt, etiam putere solent.

*Versu 26.* Tragulas figuris inuolutas.] Scommata dicit occulte  
lancinantia, quasi spicula cæca & inuoluta. Liuius. Vndiq  
in eum tragulæ coniectæ ab Hispanis. Cæsar. Tito Baluen  
tio utruncq femur tragula trajectur. Quod autem sequitur  
uersu penultimo. In bonam utiq partem fidem magis fa  
cturum. Hoc significat, elogium illud Erasmi ambiguum  
& anceps, inter laudem candidam, & subdolam uituperationem, potius in bonam partem olim acceptum iri.

Pagina 32. uersu 14.

Cum aulæ mancipibus.] Id est, primarijs aulicis. Man  
cipes sunt magistri societatum, et proprie publicanorū, hoc  
est τελωνάρχου, ἀρχιτελώνου. Quo sit ut mancipes dicātur in  
unaquaque re διτὰ πρῶτα, λαχῶντες. διτὰ πρωτίδε φερόμενοι.  
Sic apud Pli. libro decimo: Manceps sutrinæ dicitur offici  
næ magister uel propla. Et apud Trāquil. in Vespa. Māceps  
operarum, redemptor appellatur διεγολάθεος. Manceps eti  
am eum significat, qui dat aliquid mancipio, hoc est, manci  
pator. Plaut. in Gurgul. Ego mācipem te nihil moror, nec  
lenonē alium quenquā: supra enim dixerat: Ego' ab leno  
none mancipio aliqd accipiā: Quibus sui nihil est, nisi una  
lingua, qui absurat si quid creditum est. Quid sit autē man  
cipium in annotationibus Budæus copiose docuit.

Vt

Vt essem repente in ære meo.] Id est, pecuniā satis mul  
tam haberē, ac nihil deberem. Aes alienū est id quod quis  
debet. Salust. Simul æs alienū per omnes terras ingēs erat,  
id est multi erant obæratī. Et æs alienum cōflare apud eun  
dem; Aes uero suum dicitur cuiuscq; quod nulli ipse debet.  
Cice. pro Roscio Amerino: Roscio cur tanti fuerit socium  
fraudare causam requiro, egebat: imò locuples erat: de=  
beat: imò in suis summis uersabatur. Idem in Verrem act.  
quinta. At hominēm video auctionem fecisse nullam,  
uendidisse præter fructus suos nihil, non modo in ære alie=  
no nullo, sed in suis nummis multis semper fuisse. Idem in  
ære meo esse aliter accipit lib. xij. epist. Et me hercule sem  
per sic in animo habui, te in meo ære esse, ppter L. Lamiæ  
nostrī coniunctionem, id est, inter amicos meos esse. In ære  
exim meo est, quod meum est. Et in bonis meis est, atq; in  
censu meo. Idem ad Cassium: M. Cassium quod mihi ami  
cum tua commēdatione das, nullum in eo facio quæstum.  
Multi enim anni sunt, quum ille in ære meo, id est, eum in=  
ter bona mea retuli. In ære igitur meo eram satis multo, ut  
unus hominum studiosorum, id est, pro instituto hominū  
literis studentium. Cice. in Bru. At hi quidem ut Athenien  
sium secula numerantur, adolescentes debent uideri. ὡς γε  
κατὰ τοὺς τῶν ἀδλωχίων χρόνους.

Numeratae pecuniae impotens.] Est qui parcere pecu=  
niæ non potest, id est, ακρατής. Curtius: Itaq; impotens ani=  
mi currit ad regiæ uestibulum. Id est continere animū non  
poterat. Lactant. de ira dei. Ne mentis impos aliquod inex=  
piabile facinus admitteret.

Proscriptiones prædiorum existerent. Qui uenundatu=  
ri sunt aliquid, aut auctionē facturi, ij solent præscribere res  
uenales, hoc est in domibus uel prædijs programmatā ap=  
ponere, significatiā res esse uenales. Cice. in offi. Ille quod  
non placebat proscripsit, tu quod placebat emisti i. Idem,

Qui proscribunt uillam bonam beneçædificatam, nō exiſtimantur ſefelliffe, ſi illa nec bona eſt, nec ædificatabene.

Pagina 35. uerſu 2.

Vt affectam ualetudinem.] Affecta ualetudo eſt nō integræ, ſed laſta. Affectum enim corpus Celſo eſt, corpus male habitum. Cic. in Ver. Nemo Agrigēti neq; ætate tam affecta, neque viribus tam infirmis fuit. Sic affecta fides iam collabefacta. Tacitus lib. xix. Nam Flauius Sabinus priuatis utriuſç rebus autoritate pecuniaç Vespasianum antebibat, & credebantur affectam eius fidem præiuuiffere domo agrisç pignori acceptis. Corpus autē acciſum eſt tabe confectum. Accidere eſt extenuare, & oblineare, & acciſum κατλωαλωμιορ. Li. acciſæ à Camillo Volſcorū res, εκ τε τρυχωμισια περιτετμη μισια. Idem. Ita prælio uno accidit Vesti norū res, ut ne uallo quidem freti, in oppida dilaberentur.

**Versu 13.** Quū expeculatio mihi eſſe cōtigit.] Expeculiatus eſt, qui pecunijs exhaustus eſt. Metaphora à ſeruis duc̄ta, qui peculium cōſumperunt. Plaut. in Penulo. Hæc quē uideo fieri, crucior peculijs emptos maximis apud nos expeculatōſ ſeruos fieri. Contra peculiosus, qui opimum habet peculium, apud eundem: & peculiatus. Afſinius Pollio ad Cice, Galbus quæſtor magna numerata pecunia, magna pondere auri, maiore argenti coacto, traiecit ſe in regnum Bogus dis planè bene peculiatus.

**Versu 19.** Quum inter inquilinos censeret.] Quum annumeratus eſſem inter eos qui domum propriam non habent. Inquilinus eſt qui in alieno & conducto habitat ἐνοικογραce diciunt: & ἐνοικιορ premium conductæ domus. Sic autem Latine inter Inquilinos cēſeri ut Græci dicunt, εις ἐνοικους τελεῖρ.

**Versu 26.** Hæc quum à uicinis mihi eſt accommodata.] Id eſt quod ad uicinos pertinet, quod ſupradictum eſt. Sermo eſt antiquis frequens. Cicero de Orat. Hæc quum Crassus di-  
xifſet,

xisset, parumper & ipse conticuit et à cæteris silentium fuit. Cælius ad Cice. Ego quidem præcipuum metum quod ad te pertinet habui, qui scirem quām paratus ab exercitu es-  
ses. Plancus ad eundem Cic. quum deūm benignitate ab omni resimus paratores. Idem eoꝝ magis quod ab equita-  
tu Antonius firmissimus esse dicebatur. Sic à uicinis τόγε  
κύπερος ηγετόνωρ.

## Pagina 34. uersu 1.

Rediuiuo lapide. ] Id est uetus lapide renouato. Cic.  
in Verr. Vtrum existimatis maius opus esse columnam ef-  
ficere ab integro nouam nullo lapide rediuiuo, an quatuor  
illas reponere? Idem. Qui etiam ad extremum conscripse-  
rit, rediuiua habeto redemptor quasi quā rediuiui ex il-  
lo tolli posset, ac non totum opus ex rediuiuis constituere  
tur, hoc est ex lapidibus interpolatis. Rediuiuum à Græcis  
ἐπιστρέψασθαι dicitur. Vnde irrediuius pons Catullo pro ir-  
reparabili ἀνεῳστρέψασθαι, & rudus rediuiuum Vitruvio.

In urbe necessitatis expressæ fuit. ] Expressæ necessita- Versu. 45  
tis, id est cui resisti non potui, quum cuperem. Liuius. Ex-  
pressit hoc necessitas patribus. Est enim exprimere, extor-  
quere, ἐκβιάζειν. Idem. Expressa fuit necessitas hoc agen-  
di, & expressa necessitate Senatus consulta. Tranquilo. εκ  
ειαδέντα.

Non ui aut casu sublatum. ] Non ui maiore sublatum Versu. 46  
de medio. Cice. pro Roscio. Per facile hunc hominem in-  
cautum & rusticum, & rure & Romæ ignotum de medio  
tolli posse. Idem. Reginæ stuprum intulit, ea que adiutris  
ce regem dominū interemit, sustulitque quos arbitrabat ob-  
stare; ἀνθῆλε. ἀναπάτας ταῦτα πριν εη. οὐ πειράσθε.

Lapidatione confectum & obrutum. ] Hæc uerba allu-  
dunt ad ædificationis impensam. Plutum eī suum, id est,  
diuitias suas ædificando obrutas. Cicero pro Sylla. Ille am-  
bitus iudicium tollere uoluit lapidatione atq; concursu.

Versu 20.

Nisi etiam Iliadis molestiarū.] Ex proverbio græco dūctum est: ἴλιας κακῶρ. Demosth. οὐχὶ κακῶρ ἴλιας προστίκθη  
βαισε: malorumq; Iliade Thebani circumuēti erant. Quod proverbiū à magnitudine poēmatis tractū est. Quod sequitur, δυδόντω κακῶς, ne sic quidem male, & subintelligendū, cessit. Huius proverbiū meminit Plato in Symposium. Adolescens, inquit, quium canem allatrantem ferire lapide destinat: lapis à cane aberrās in nouercam incidit, eamq; sautiauit, quod quū adolescēs animaduertisset, exclamauit, ne sic quidem male: unde proverbiū enatum.

Versu 26.

Quod nisi ποὺς ἀπτροπάτος θεοὺς. Id est qd' nisi diuos maiorū noxarumq; depulsores ac tutelares, propitios habuissent. Antiqui apotropæos deos uocabant, qui mala ab hominibus arcebant, auertebantq; ob idq; ihs sacrificabant. In his erat Apollo & Hercules Alexicacus. Inauspicata autem auis est quæ contrarium auspiciū facit, quæ etiam obscoena dicitur. ἀπτροπάτος. θεούς δυσάντητος. Plin. in præfa. libri duodeuicesimi, in obtrectatores excandescens: Ut inauspicatarū animantiū uice obuij quoq; uolent agere, aut prodesse uitæ. Et lib. xij. Inauspicata est & incendiaria auis propter quam sæpe lustratam urbem in annalibus inuenimus. Liuius: Animaliū obscœni foetus pluribus locis nunciabantur, Plinius obscœna pastu auis.

Pagina 35 uersu 15.

Non modo Iconice, sed etiam ethice elaborata.] Iconicæ imagines dicūrur, quæ ad uiuos uultus expressæ sunt. Plin. lib. xxxv. Adeo autem iam colorū usus increbuerat, adeò ars perfecta erat, ut in eo prælio Iconicos duces p̄ixisse tradatur Atheniensium Miltiadem, Callimachum: Barbarorum Thissaphernem. Ethicæ autē imagines sunt, quæ non modo uultuum similitudinē, sed etiam sensuum et affectuū referunt. Cice. in Orat. perfect. Duo sunt, inquit, quæ ab Oratore bene tractata, admirabilem eloquentiam faciant.

Quo

Quorum alterū est quod Græci ethicon uocant, ad naturā & ad mores & ad omnem uitæ consuetudinē accommodatum. Aristoteles libro viij. Politicōn, Polygnoton & alios quosdam fuisse scribit pictores, et statuarios ethicos & hermonias quasdam esse dicit ethicas. Plinius libro supradicto de Aristide. Is omnium primus animum pinxit, & sensus omnes expressit, quos uocat Græci Ethe. Idem. Pinxit & currentes quadrigas, & suppl. cātem pene cum uoce &, ue natores cum captura.

Omnis principis apparituras.] Id est aulæ interioris coronam principem circumstantem, et ita principi præsto semper existentem, ut Cōsuli aut Prætori apparitores, ad omnē nutum intentos.

Rhapsodijs canoras.] Rhapsodia est poëmatū recitatio. Rhapsodias autem hic uocat lectionem & pronunciationē carminum, ut sit in ambulando ruri ab hominibus literarū amantibus. Rhapsodiæ olim inter acroamata numerabantur epidictica, & Romæ uidimus Rhapsodos ab epulo inductos post alia acroamata. Rhapsodias autem solutas omnibus numeris securitatis, id est liberrimas, opponit apparituriis aulicis libertate mulctatis, id est priuatis, ut Plin. lib. xiiij. Domitius pronunciauit mulierem uideri plus uini bisisse q̄ ualetudinis causa uiro insciente: ac dote mulctauit.

Pagina 36. uersu 23.

Quum om̄es animi mei potestates.] Potestates animæ ad res dījudicandas, quibusq; homines ad cognitionem ue ti & falsi euadunt: multæ sunt, ut sensus, imaginatio, opinio, intellectus, scientia: ut docet Themisthius ex Aristote le in primo & in tertio de anima. Sensus autē quinque per sensoria corporis fiunt. Sensus etiam dicitur γνῶμη uoluntas & propositū, & cogitatio, et mentis cōceptus: quod etiā sensus dicit, id est νόημα, διάνοια, δικνόημα, διαλογισμός, ένθυμη. Ut Cicero in Philippicis de Octauio loquēs, Om̄es ha

Versu 23.

Versu 23.

beo cognitos sensus adolescentis, nihil est illi Repub. chari-  
rius. Dicit igitur hic sensus huiusmodi suos è statione sua e-  
missos, hoc est è studio literarum, & philosophiæ præsidio  
diu esse euagatos: quandiu scilicet ipse circa spectacula hæ-  
sit aulica, et curiosus esse uoluit: quo uerbo ad curiam supra  
allusit, quo nomine aula uocatur. Tantis per enim ipse totus  
in illis spectandis fuit, & æstimandis. Quoniam uero statio-  
nem dixerat, quod uerbū est castrense, ideo emansores sub-  
iunxit, translatione à militibus ducta. Modest. Iurisconsul.  
de re militi: Emansor est, inquit, qui diu uagatus ad castra re-  
vertitur. Desertor est, qui per prolixū tempus euagatus re-  
ducitur. Is, qui in exploratione emanet hostibus insistenti-  
bus, aut qui à fossa recedit, capite puniendus est. Qui statio-  
nis munus relinquit plusquam mansor est. Errones autem  
serui sunt, qui non plane fugitiui sunt, sed uagari soliti. Ar-  
rianus itidem de re militari. Leuius itaque delictum eman-  
soris habetur, ut erronis in seruis desertionis grauius, ut in  
fugitiuis.

## Pagīna 38. uersu 11.

Vide tuō ne præiudicio mihi grauis sis. ] Sicut præroga-  
tiuum suffragiū trahit ad se plæruncȝ senquentia: sic in sen-  
tentiam primo loco censentis sæpe multi transeunt. Quod  
quū sit, præiudicium factum esse dicitur. Quintil. lib. v. tria  
genera præiudiciorum ad oratorem pertinentium ponit.  
Quorum unum est in iudicijs ad ipsam causam pertinenti-  
bus, ut in Opianicum facta dicuntur præiudicia, et à Senatu  
aduersus Milonem. De primis Cicero pro Cluen. Quod  
si hoc, inquit, uidetis, illo iudicio reum condemnari (præser-  
tim ab ijsdē iudicibus, qui duo præiudicia fecissent) necesse  
fuisse, simul illud uideatis &c. Quæ autem in Milonē præ-  
iudicia facta sunt, ex Asconio intelligimus. Duæ em̄ leges  
fuerunt à Pompeio & Senatusconsul. latæ statim post cæ-  
dem Clodiij. Tranq. Præiudicij uocabulo significāter usus  
est

est in Cæsare ijs uerbis. Iunctus cōsulatu. Prætoribus de superioris anni actis referentibus, cognitionem Senatui detulit, nec illo suscipiente in prouincia abiit, & statim Quæstor eius in præiudicium aliquot criminibus arreptus est, id est, ut damnato quæstore præiudicata opinio maneret apud omnes, Cæsarē etiam esse damnandū. Tanta em̄ erat cōmunicatio inter Consulē & Quæstorē, ut alter uix sine altero reus esse posset. Hoc uerbum etiam aliter inter Iurisconsultos accipitur, sed non ad rem pertinet.

Pagina 40. uersu 10.

Sintute causificationibus non auscultare statuisti. ] Causificationibus non auscultare, id est causis alijs atq; alijs excusandis aurem accommodare. Est enim causificari, quod Græci αἰνολογεῖσθ dicunt, & προφασίζεισθ, σκέπτεισθ. Causificari etiam est, recusare & detrectare. Plautus in Aulu. Ergo quia sum tangere ausus, haud causifor, quin eam ego habeā potissimū, id est nō recuso. Quod etiam & frequenter causam dicere uocat. Idem. Nūquid causam dicis quin te hoc mulctem matrimonio? Si deliqui, nulla causa est. Cice, causari dixit pro Roscio Comœdo: Si planū facio post hanc recentem stipulationem Roscij H S. cccli. à Flavio te abstulisse, nūquid causare, quin ab iudicio abeas turpissime uictus? Id est, quid causæ est, uel nū quid causæ est? ut ipse dicit. De hoc etiam dictū est in gloss, de contemptu rerum fort.

Quasi mora iamiam intercessura sit. ] Id est quasi in mora iamiam futurus sim, & eo nomine tu mecum agere quantum interest, possis. In mora est is, qui ὑπόχριεσθ<sup>Q</sup> est & ἐκ πρόθεσμος τον ὄφληματος ἡ τὴ σύποχέστεως. Qui intra diem non persoluit debitum, uel implet quod promisit.

Vices meas occuparunt ut caducas. ] Id est ad quas uices ipse uelut substituti successerunt. Caducum legatum dicitur, quod uel ad fiscum defertur uelut legatario de medio

sublato, uel ad substitutum, ut si is cui relictum legatum est capere legatum non possit, uel quia ante mortem testatoris mortuus est, uel alia de causa, tunc legatum ad substitutum legatariū defertur, uel ad eum qui in legato cōiunctus erat, si forte duobus simul legatum erat factum. Similiter etiam caduca hæreditas eadem ratione dicitur. Cice. in Philip. de Antonio loquēs : Quem nisi caducæ hæreditates in via res tardassent, uolasse eum, nō iter fecisse diceres. Sic etiam caduca bona dicuntur. Marcel. de ijs quæ in test. delen̄t. Proxime in cognitione principis, quum quidam nomina hæredum induxisset, & bona eius ut caduca à fisco uendicarentur, diū de legatis dubitatum est, quoniam uero iucundū erat, substituto legatum caducum accipere, quasi rem minime speratam, ideo Iuuenalis dixit : Legattū omne capis, nec nō & dulce caducum: quasi scilicet lucrum abruptū. Propterea Budæus hic caducas uices dixit, quasi ad alias delapsas huic muneri substitutos sua sponte. Cicero, qui libens uerbis iuris usus est, ut si quis unquam autorum Latinorū, huius translationis autor fuit primus in tertio de Orat. Nostra est enim, inquit ille, omnis ista prudentiæ doctrinæ posseffio, in quam homines, quasi caducam atq; uacuam abundantes ocio nobis occupatis inuolauerunt. Sic Iustinus. Quam prædam possessione uacua fortuitis dominorū mortibus sicuti caducam occupauerunt. Caducæ autem literæ à Plinio alia ratione dicuntur, quasi γράμματα ευκατάπτωτα. Scabritia leuigatur dente concave, sed literæ caducæ fiunt, id est fugaces uel fugiētes, ut Cicero loquitur, διεγέγυκότα. Lampadem autem tradere est à prouerbio ductum.

Pagina 41. uersu 2.

His literis quid factū sit. ] Id est quo peruerterint. Plau. Quin responde tuo quid factum est pallio? Idem. Quid argento factum est quod dedi. Idem. Cedo mihi hic marsupium. Mes. Quid eo uis? Id est, ad quid marsupium petis? quid

quid de eo facturus es? Sic Cice. pro Cluen. Quid hoc homine factum est? Id est is iam non comparet quo tandem absatus est: & in Ver. Quid te futurum est? quo confugies?

Per manum tibi trado. ] Id est qua in re manum tantum accommodo, nec quicquam aliud praesto. Salust. Et iam tu alios magistratus plebs. Consulatum nobilitas inter se per manus tradebat. Idem. Alter nobilium cōsulatu perfunctus, alterum consulē sibi successorē designabat. Cicero de provincijs cons. ut Caius Iulius omnibus à Senatu eximijs, à Senatu rebus omnibus ornatus, per manus hanc prouinciam tradat ei, cui minime uos uelitis adduci ad suspicandum nullo modo possum. Sic per manus traditur error à Seneca dictum est.

versu 21.

## Pagina 43. uersu 14.

Appellandi amici. ] Appellare est alloqui, & uerba cum aliquo facere. Cæs. Legatos quam mitissime potest appellat Cæsar, ποὺς πρέσβετιψ ἐντυγχάνει ὅσοπ δύναται επιτακέσαται. Plaut. in Aulul. Non temerarium est ubi diues blande appellat pauperem. Idem. Paucis Euclio est, quod te uolo de communī re appellare mea & tua. κοινολογεῖσθ. Est aut̄ eius qui uerba prior facere cœpit. Cice. in Ver. Appellat hæredem. L. Annium qui erat institutus secundum filiam. Non enim mihi persuadetur istum ab illo potius appellatum. Appellare aliquando est nomē alicuius efferre & prodere. Idem in Præt. urba. De quo iudicio si uelim dicere omnia, multi appellandi lædendiç sunt, id est nuncupatim prodendi, habet & alia significata.

Dictionis etymon. ] Id est ethymologia. Vnde ethymologi, dicti rationem originis uerborum indagare soliti.

versu penult.

## Pagina 44. uersu 12.

Opinatione magnifica. ] μοξόσματη μεγαλοπρεπή. Cicero de uniuersitate. Etenim sensus mouentia quæ sunt eadem, in opinatione confidunt,

Versu penult.

Expromissores dare possum. ] Expromissor est, qui pro alio promittit, quare & expromittere fideiubere est, & expromissores fideiussores sponsoresq; dicuntur. Vlpia. de iure dotti. Debitor mulieris iussu eius pecuniam viro suo expromisit. Idem de donationibus: Si quis seruo pecuniā crediderit, deinde liber factus eam expromiserit. Hic expromittere est pro alio promittere. Seruus enim liber factus ex contractibus seruilibus non tenetur, nisi liber factus promittat. Pompo. de uerbis oblig. Satisfactio est stipulatio quæ ita obligat promissorem, ut expromissores quoq; ab eo pertinent, id est, qui idem promittant; hactenus Pompo. Hoc loco expromissores pro sponsoribus & fideiussoribus exposuit. Expromissor, εξεψυχων δici potest. Sic autem dicitur expromitto ut repromitto, quod promitto significat. Cice. in Bru. Non me hercule repromittere isthuc quidem ausus sum neminem amplius eo nomine petiturum. Plau. Verum istud argentum tamen si uis mihi denumerare, repromittam istoc nomine solutam rem futurum. Id est, stipulatione à te concepta me obstringam. Repromissio est simplex sponsio stipulanti facta. Satisfactio est adhibito fideiussore. autor Paulus in cap. non solum de noui operis nunciatione.

Versu ult.

Qui de ea re ita constituerunt. ] Constituere est uerbum iuris. Vlpia. de constituta pecunia. Hoc edicto prætor facuet naturali æquitati qui constituta ex consensu facta custodit. Idem: Si is qui iure ciuili & prætorio debebat, in diē sit obligatus, an cōstituendo teneatur, et Labeo ait teneri constitutum. Nam propter has potissimum pecunias, quæ nondum peti possunt, constituta inducta. Constituere pecuniā Græci κατατάξασθαι φέλεια. Sic enim dicitur, ut constitueret conuiuium, & constituere sine adiectione alterius dictio nis. Iuuen. Nam si constituit solitoq; decentius optat. Ornari, κατέταξε, σωμεκρότησε. Igī qui de ea re ita constituerūt,

hoc

hoc in loco Budæus intellexit, id est, constitutum fecerūt. Opera enim edita à quibusdam, ut ab Alciato instar habet cōstituti Reip. facti, solutū iri, quod ex annotationum ope refuscepto debere Budæus amplius videbat, ita ut iam eo nomine ab eo nihil amplius peti possit, quum expromissiores dederit atq; constitutores.

Pagina 45. uersu 8.

Quoquo pacto decidere queam uobiscum istam de me enatam expectationem.] Decidere est διαλύεσθαι, hoc est item consensu mutuo dirimere, quod transigere plerunque Jurisconsulti uocant. Vlpia. de furtis. Usque a deo autem diversae sunt actiones, ut si quis eorum pro fure damnum deciderit, dici oporteat solummodo actionem sibi competentem amississe eum, cæteris uero superesse. Idem. Nā si propinas seruum communem esse surreptum, & alterū ex dominis pro fure damnum decidisse, is qui non deciderit habet furti actionē. Decidisse. διαλυσασθαι τὴν βλάσφημην dixit, cū accus.more Græcorū. Iuuen. Decidere iactu cū uentis cœpit imitatus Castora. Cic. pro Roscio Comœdo. At em tuum negocium gessisti bene, gere & tu tuū bene: magno tuam dimidiā partem decidisti, magno & tu tuam partē decide. HS. qz. cccliij. tu abstulisti, si sit hoc uerū. HS. quo que cccliij. tu aufer. Sed hanc decisionē Roscij oratione & opinione augere licet: reuera tenuem & mediocrem esse inuenietis. Decidit, inquit, partē suam, id est pro parte sua maluit. cccliij. HS. accipere, ne ultra līte implicaret. Sic in Verr. Renunciat decisionem tutoribus, Rabonius. Græci nouas tabulas χρεῶν ἀπροπότερος appellant, quod ad uerbū de cisionem uersurarum factarū significat. Quod sequitur quia si nomen quoddam publice errore hominum contractum, hunc habet sensum. Vesta publicaç; expectatio, debitorē me Reip. fecit. Qasi scilicet mecum Resp. nomia multa fecerit, & multa ego opera officinæç; meæ opificia post hac edi

turum me spoponderim : id quod non mea pollicitatione aliqua factum est, sed erronea atq; fallaci hominū coniectura, qui ita me facturū expectāt. Itaque quasi actor aut procurator publicus ijs nominibus iamiam mecū acturus sit, id est de ijs me appellaturus: ut uelut redempta conductaque opera illa, annua bima, trīma die, aut etiā breuiore publice præbeam probemq; bonorum doctorumq; arbitratu: libens ego hoc negotiū quod mihi cum Rep. futurum est deciderem, si æquos homines nactus essem quibuscum hanc decisionem facerem: sed uereor ne nō inuenturus sim æquos mihi in ea re homines. Solent em̄ qui soluendo non sunt, eo defungi , quod dependere possunt, nisi cum duris creditoribus rem habeāt, qui etiam nexum eos inire uelint, aut bonorum cessionem turpem facere. Nomina facere est pecuniam mutuam dare , aut aliās debitorem sibi aliquem facere, ut alibi dictum est. Cice, ad Fabium. In Aniani lite ris hoc erat liberlassimū, nomina te facturum quū uenisset, qua ego uellem die, id est pecuniam crediturum in eam diē soluendam, quā ego postulassem. Seneca. Nomina facturi diligenter patrimonium & uasa debitoris inquirimus. Tabulæ sunt cautiones & syngraphæ chirographaç nominū factorum. Quare tabulæ nouæ dictæ sunt publica nominū factorum antiquatio, quarum meminit Cice, in secundo de Offi. circa finem. Græci χεῶρακτος appellant. Solon uero σεσάχθαι uocauit, quasi oneris iniqui excussionē. Hoc uerbo Seneca metaphoricus usus est, ingratitudinē uocans beneficiorum tabulas nouas. Cice, in Top. Multum enim differt in arca ne positum sit argentum, an in tabulis. Tabulas pro nominibus dixit. Huiuscmodi autem elegatiæ sermonis, quibus libri Ciceronis, antiquorumq; iurisperitorū pleni sunt penè in dissuetudinem abierunt, ignorantia maiorum nostrorum, ex qua linguae Latinæ maiestas magnopere imminuta est, unicuiq; scribentiū certatim constituenda.

tamen

Tamen ne molesti esse pergent.] Tamen ne, particula *Versu 21.*  
 est orationis urgens cum interrogatiōe, Ciceroni frequen-  
 tissima: ut pro Flacco: Quid si testium studium cum accusa-  
 toris studio coniunctum est, tamen ne isti testes habebunt?  
 Et de Nat. deorū: Quid si istud Vellei falsum omnino est  
 nullum, tamen ne ista tam absurdā defendes?

Amicorum iurgia cognatorumq; extuderunt.] Extude *Versu 22.*  
 runt pro coēgerunt. Extundere, est odiose & cum molestia  
 impetrare. Tranq. in Vesp. Latum clavum, quanquam fra-  
 tre adepto diu auersatus est, nec tandem ut appeteret com-  
 pelli nisi à matre potuit. Ea demum extudit magis cōuicio  
 quam precibus. Sic dicit, ut exprimo, ut extorqueo, ut ex-  
 cudo. Feriendo enim amice aliquem, tandem impetramus  
 quod postulamus. Seneca: Quid instat etiā ex duro & im-  
 memori pectori gratiam extundit, id est tandem elicit.  
 Quintilianus pro obtundere: Alios cōtinuatio extundit, in  
 alijs plus impetus facit. Horat. Extundere pro expellere dī-  
 xit. Vergilius pro excudere, nisi sit legendum: meditando  
 excuderet artes.

## Pagina 47. uersu 4.

Stipulariç; à se uoluit.] Id est, libens fecit ut sponderet.  
 Stipulatio enim sponsonem præcedit.

Ego ne si semianimis quidem essem.] Hic ne, particula *Versu 13.*  
 uim habet geminatæ negationis, ac si diceret: non cederem  
 prouocanti, ne si semianimis quidem essem, Cice. in Aca-  
 demicis: Anaxagoras nigram niuem dixit esse; ferres me, si  
 hæc dicerem: Tu ne si dubitarem quidem.

Non ita me experti]. Id est, non tales experiundo co-  
 gnouerunt, ut Vergil. in. xi. Haud ita me experti Bitias &  
 Pandarus ingens.

## Pagina 49. uersu 1.

Nec eñ ante hoc tempus uersuram facere solitus sum.]  
 Versuram facere, proprie est mutare creditorē, & peiore

cōditione fœnorecē duriore, sumere pecuniam, ut antiquo creditore liberemur. Id est, ἐπὶ μείζονι τόκῳ δανειζεῖται, & uersura est μεταγραφὴ τῷ δανέισ, quasi nominis transcriptio. Ac cipitur etiam pro mutuari, ut apud Cice. ad Atti. Salaminij quū Romæ uersuram facere uellent nō poterant, quod lex Gabinia uetabat. Videre est hoc latius in annotationibus prīmis in Pand. Aere autem non suo negociantur, qui pecuniam mutuā fœneratitiamcē acceperunt, ut inde negotiarentur. Mutuari autem uerbum sēpe metaphorice accipitur, ut apud Liuiū: Institit ipse secum reputare, quemadmodum promissi fidem p̄r̄staret. Quod quū expedire nō posset, ab amore impudens mutuatur consilium. Valerius lib. vij. Misertus est tunc profecto Iuppiter Romanæ uirtutis ab astutia p̄sidiū mutuantis, id est, quod ui & armis efficere non poterat, astutia cōfidentis. Et lib. viij. Quas corporis habitus uires negauerat, à labore mutuatus est, de Demosthene loquēs. Quod autem dicit negociari per prouincias, alludit ad librorum editionē, qui statim ab officinis im pressorum exeuntes quo quis gentium importantur. Est autem mutuari, quæ ab alijs inuenta sunt, in scripta sua uerte re, ita ut sua uideri uelit, qui hoc facit; nec modo mutuū est, sed etiam furtum. Furtum em facere, est rem alienam hoc modo cōtrectare. Quare Plin. in p̄fatione: Obnoxij profecto animi et infelicitis ingenij est, depræhendi in furto male cē mutuum reddere, quum p̄sertim sors fiat ex usura. Quibus uerbis significat mutuū reddere, esse quod alienū est, ut alienū agnoscere, nunc nostrū efficere uelle reticēdo autoris nomē. Vnde illud sumpsimus: quod animi est degeneris & infelicitis, maxime quū pœna huiuscmodi debito res sequat, inficiationis scilicet pœna. Nam usuræ interim dum mutuū inficiamur, sorti accedūt, & sorte ipsam augēt. Qd̄ fit in anatocismo quū usuræ usurarū debent, id quod sanctione Iustin. uetitū est, quæ est ultima sub tit. de usuris.

Quo

Quo minus nunc in animum inducerem ea trans alpes veru 4.  
 mutuari.] Ide est si non est instituti mei, nec fuit unquam com  
 mendandis ijs, quæ anteas scripsi, quasiq; in patria & inter no  
 strates protuli & edidi, quicquam à quovis mutuari, quod  
 non bona fide, nominatimq; agnouerim, multo minus nūc  
 mihi uenisset in mentem ab homine Vincentino uersuram  
 facere, atq; huiuscmodi res mutuari, quas ego etiam in Ita  
 lia, ut in omnibus prouincijs uenales circumferre constitue  
 rem. Hoc est libros meos de Asse externis inuentis locuple  
 tatos atq; ornatos, ea conditione edere statuerem, ut in Ita  
 liam simul & quocunq; locorū exportarētur, ubi furtū faci  
 le deprehendereſt, ab ijs scilicet unde mutuatus essem. Quo  
 minus autem sic dicitur, ut quo magis. Cic. lib. iij de Ora  
 tore: Sic omnibus in rebus uoluptatibus maximis finitimus  
 fastidiū est, quo hoc minus in oratione miremur, id est quo  
 sit ut minus id in oratione mirandum sit. ἢ οὐ καὶ πῆρος τὸν ἀγαθὸν  
 σαιμεθόπ. Idem ad Atti. Quo minus mirere, si in eam cau  
 sam descendo, in qua neq; pacis neq; uictoriæ ratio quæsita  
 sit unquam, id est quapropter minus debet tibi mirum uide  
 ri. Sic alibi de Orato. Quo etiam feci lubentius. Et de Offi  
 cijs. Quo magis cauendum est. ἢ οὐ μᾶλλον, δηλῶ μᾶλλον.

Quo minus meum totū id esse censeatur, quodq; nemo versu 10.  
 sibi uel iusto sacramento, uel uindicijs legitimis afferit.]

Olim duæ erant actiōes quibus agere aliquis contra aliū  
 poterat, & ab eo prædium aut agrum petere, aut mancipiū.  
 Aut enim sacramenti iudicium reo dictabat actor, aut uin  
 diciarum legem intendebat, ut docet Cicero his uerbis pro  
 Milone: Qui non calumnia litium, non iniustis uindicijs ac  
 sacramentis alienos fundos, sed castris, exercitu, signis infe  
 rendis petebat. Vindiciæ à uindicando seu uendicando di  
 ctæ sunt: & uindex est assertor ac uindicator. De ijs uoca  
 bulis Budæus ut copiose differuit in primis annotatiōibus,  
 ita hic utendū duxit quo magis antiquatam ignorantia tem

porum elegantiam, pro uirili instauraret, atq; interpolaret. Sensus est autem huius loci: interim dum Leonardi liber edat nihil præiudicij isto tuo testimonio in meos libros de Asse factum esse æquum est, quo minus inuentum meum id esse totum putetur, quoad huiuscmodi liber, aut Porcij, aut alterius exierit, ex quo sit uerisimile eius libri autorem non ex meo Asse ad ipsius compositionem adiutum esse, sed me potius illa ex eo accepisse, quæ in meum Assem con gressi. In lîte enim uindiciarum apud eum manebat posses sio, qui prædes locupletiores dabat, Id quod Budæus fecisse uidet, hoc est ante libros de Asse, alia documēta dedisse, multi in literis priscis studij laborisq; impensi.

Versu. 14.

Veluti institor esse hominis Vincentini.] Institor inter dum est qui sub alio negociatur, unde institoria actio nata, in cuius tractatu Vlipia. Institor appellatus est ex eo quod negocio gerendo instet, nec multum facit, tabernæ sit præ positus an alijs negociationi. Idem: Aequum Prætori uisum est, sicut commoda sentimus ex actu institorum, ita etiā obligari nos ex contractibus ipsorum. Significat & alia, ut uidebis in gloss. de Contemptu rerum fortuitarum.

Pagina 50. versu 11.

Ex uaria lectione regesta,] Regerere, est in librum re ferre, quæ audiendo exceperimus. Quintilia, in secund. Vnde fit, ut ex diuersis congesta oratio cohærere nō possit, si milisq; sit commentarijs puerorum in quos ea quæ alijs de mantibus laudata sunt, regerunt. Et in tertio: Sunt enim uelut res gestæ in hos commentarios, quos adolescens deduxerat schola. Regesta τὰ ἀπρόσεσκαμενά μητὰ ὑπρμνήματα. Vnde uulgus regista uocat, quæ in tabulas publicas perscripta sunt. Hoc enim Cicero perscribere appellare solitus est.

Pagina 51. versu 3.

In homines nequicquam exhaustisse Accursianæ maiestatis

statis umbra coniectos, quasi scuto Aiacis Homerici.]

Ex Homero sumptum est Iliados, viij. τευχος δ' εινατος ήλιος παλίντονα τόξα θεάσινωμ. 58 δ' αρχήν πάσιαν τος σάκει τελαμωνίας ον, & reliqua. Quo in loco Poëta describit Teucrum arcū cōtentum tenentē, multosq; Troianos sagittis interimentem, ita ut post Aiacis scutum lateret tanquam in præsidio, quum uicissim Aiax Telamonius scutū attolleret uicissim & demitteret, ut Teucro subseruiret occulenti se subinde, atq; in hostes collimanti. Scutum autem ipsum Home. lib. vij. describit his uerbis: αιαξ δ' εγένετος ήλιος τρέχωμ σάκος ήντη πνεγομ, χάλκευπαθόδομος οδόι τύχος κάμε τευχωμ.

Complures nostrū exemplum æmulati, aut fortasse imitantes]. Aemulari exemplū, est paria facere & æquare; Imitari est simile quid facere: sic enim hic accipi uidetur, hoc est ut si nobiscum audacia incepti non contendant, tamen in eodem genere aliquid audeant. Plin. ad Cornutum: Tumihi bonum animum facis qui libellos meos de Vltione Heluidij, Demosthenis orationi μεταμετρία confers. Quam fānè quū imponerem illos habui in manibus, non ut æmularer: Improbum enim ac penè furiosum, sed tamen imitarer & sequerer tantum, quantum aut diuersitas ingeniorū maximi & minimi, aut causæ similitudo pateretur. Descendere autem ad causam & in causam sic dicirur, ut in campū descendere, & in certamen. Cice. pro Cælio: Sic cōstituitis iudices, nec descensurum quenquam ad hanc accusacionem fuisse, cui utrum uellet liceret, nec quum descendisset quicquam habiturū spei fuisse. Idem ad Atti, in causam descendere dixit, ut in causam incumbere. Dicitur & dimittere se in causam, & adduci ad causam & accedere.

Et in suam dignitatem liberali causa assicerere.] Assertor est uindex, qui aliquem uindicat in libertatem, & ea controuersia liberalis causa dicitur. Plautus in Gurgul. Memento promisisse te, si quisquam hanc liberali causa manu assere-

versu 10.

versu 13.

ret, mihi argentum omne redditum iri. Idem: Ille repromisit mihi, si quisquam hanc liberali afferuisset manu, sine controversia omne argentum reddere. Et in Poenulo: Manu liberali causa ambas afferas, quasi filiae tuæ sint ambæ. Pl. ad Traia. Et ideo nec assertionē denegandam ijs, qui ex eiusmodi causa in libertatem vindicabūtur, puto neque ipsam libertatem redimendam precio alimentorum.

*Versu 28.* Causam nō hominē sequi, mihi uideris.] Id est, id quod quū facis, nō amicitiae tribuis, sed causæ quam uides æquā esse, quippe qui me non noris. Sic Lucan. in tertio: Phocas in dubijs ausa est seruare iuuentus. Non Graia leuitate fidem signataq; iura: Et causas non fata sequi.

Pagina 52. uersu 20.

Popularibus tantum in oculos incurrimus.] Popularis est interdum δημότης, id est eiusdem populi: ut Athenis popularis erat alicui, δι μετ' εκείνος δημοτευόμενος. Erat enim ciuitas in populos diuisa, ut in tribus urbs Roma. Interdū popularis est δημούρος, id est plausibilis. Popularis etiam est ciuis eiusdem nationis particeps. Plau. in Poenulo: Si frugi esse uis eas iam liberali assere causa manu. Nam tuum flagitium est, tuas populareis te pati seruire ante oculos domi, quæ fuerint liberæ, id est, mulieres Carthaginenses, quū tu sis Poenus. Trāquil. in Nerone: Credit̄ destinasse quicquid ubiq; hominum Gallicanorū esset cōtrucidare, ut consciens popularium suorum atq; fautores. τῶρ δημοεθνῶρ. Salustius de Jugurtha: Dubitare uirtuti an fidei populariū minus crederet, id est suorum subditorum. & Liuius de Philip. Tentando nunc sociorum, nunc popularium animos. Incurreare autem in oculos, est offendere aliquē suo aspectu, uel ab inuito uideri. Cice. ad Atti. Quid enim mihi cum foro sine iudicijs, sine curia, in oculos incurrentibus ijs, quos æquo animo uidere non possum? Est enim proprie in oculos incurrere, oculis admoueri non intentis, & cūm quadā offensione.

sione. Quintil. in oct. Nisi tam clara fuerint ea quæ dice-  
mus, ut in animum eius oratio ut sol in oculos, etiam si nō in  
eam intendatur, incurrat.

Fati uelut pondere excusso.] Excutere pondus est, <sup>από</sup> Versu 28.  
*εκευάζειν, αποστειλειν τὸ ἄχθος.* Qui autem in spe atq; ex-  
pectatione sunt grādioris alicuius fati, n̄ necesse est ut mul-  
tum sibi negocij exhibeant, quo scilicet fato appetenti cu-  
ra, ambitu, labore c̄p occurrant; ita ut iam susce pisse magnū  
aliquod pondus curarum, animorumq; & spirituum altio-  
rum uideantur. Inde tollere spiritus, & deponere apud Li-  
uim & Verg. in. xi. Pone animos & pulsus abi. Qui uero  
sperare maiorem sortem desierūt, n̄ cum tumidis spiritibus  
etia curas, anxietatem, sollicitudinemq; satagentē deponūt.  
Propterea Luc. in sept. quasi ad Pompeiū loquēs, ex perso-  
na sua, ita inquit: Iam pondere fati Deposito securus abis,  
nunc tempora lēta Respexisse iuuat, spes nūquam imple-  
da recessit. Sic Budæus quū statuisset in præsenti sorte ac-  
quiescere, nec sibi maiorem fortunam ambigendo fingere,  
fati pondus excussisse se dicit. Quod ferè homines claris na-  
talibus orti suscipere florenti ætate solēt, ad annos c̄p iam de-  
clives, atq; ad inclinatum robur corporis & animi perferre;  
in eoq; mentem occupatam magnopere habere.

Pagina 54. uersu 16.

Natura comparatum est.] *πέφυκεν, id est, naturæ aptitu-*  
*dine potest.*

Pagina 55. uersu 13.

Ecquæ autem prærogatiua præiudicij mei grauior esse  
potuit:] Prærogatiua interdum significat censendi autoris-  
tatem, in cuius assensum transire debeant, aut soliti sint, qui  
postea sententiam rogantur: eaq; autotitatis antegressæ spe-  
cies instar habet præiudicij, hoc est rei iam quasi iudicatæ.  
Sic apud Cic. in Verrem: Dedit enim Metellus præroga-  
tiua suæ voluntatis. Si prærogatiuæ significationē in gloss;

de Cōtemptu re.fort.uideris,hic locus clarus erit. Nam de  
præiudicio superius dictum est.

Pagina 56. uersu 7.

Virum non iam eximia doctrina commendabilem præ-  
ut est eius uisenda comitas.] Id est uirum quamlibet do-  
ctum,tanta tamen comitate & facundia præditum, ut lon-  
ge hoc nomine commendabilior esse uideatur. Ac si dice-  
ret, longe maiorem gratiā ab hominibus inire singulari fa-  
cundia & comitate uidetur, quām doctrina quamlibet exi-  
mia mereri possit. Plau. Parum etiam præut futurū est præ-  
dicas. Idem: Modestior nunc quidē est de uerbis præut du-  
dum fuit. ὥσγε προτοῦ ἐγένετο.

Pagina 57. uersu 12.

Vt qui nec dum à te mihi delatus, nec in urbe nostra ue-  
nalis esset.] A te delatus, id est, ita à te acceptus ut ad me  
delatus esset. Huiuscemodi locutio frequens est apud anti-  
quos. Cic. pro Flacco: Si Prætor dedit ut est scriptū, à Quæ-  
store numerauit. Quæstor à mensa publica; mensa autem  
exuectigali aut ex tributo, à Quæstore numerauit, id est, à  
Quæstore acceptā. Idem lib. sept. ad Atti. Frater laborat,  
ut quod debet, ab Egnatio soluat, nec Egnatio uoluntas de-  
est, nec parū locuples est. Sed quū tale tempus sit, ut Quin-  
tus Ticinius uiaticum se habere neget, nec hoc ipse, aut do-  
mi nummos Quintus habeat, aut exigere ab Egnatio, aut  
uersuram usquam facere possit, miratur te non habuisse ra-  
tionem huius publicæ difficultatis. Plau. in Epidico ab Tra-  
pezita solui. Sic Columella libro nono: Verum suburbanis  
locis ubi à matre pulli non exiguis precunijs uaneunt, nec  
plærūq; intereūt probanda est æstiua educatio, id est, recen-  
tes à nido accepti. Sic Græci etiā dicūt: ἀποτίζου παρὰ τὸ τῆς  
πειζίτε. Lucian. οὐλος παρὰ ἐμοῦ ἐκκαίδεκα, τάλαντα μιᾶς ἡμέα-  
ρας ἐκτίσας τῇ πόλει, καταδεῖκασο γῆς καὶ ἐδέδειο οὐκ ἀποδίδους,  
καὶ γωνία λεκχούμενω. Simile est ferè apud eundem Plautum in  
Pseud.

Pseudo. Vbi sunt: ubi latent quibus ætas integra est, qui  
amant à lenone?

Vt in amicorum meorum numerum centuriari te postu versu 23.  
lares.] Id est κατανέμεσθι, κατατάπησθι, in albū referri. Sed  
hoc uerbo copiam amicorum suorum significare uoluit.  
Vnde centuriatim copiose & abundāter significat, inquit  
Nonius: Vt continuo ad te centuriatim current. Sic enim  
dicitur, ut decuriare quod σωματικόν significat, hoc est factio  
se cogere, ut apud Cic. Non rursus improbos decuriabit.  
Vtitur & Budæus in epist. sequenti. Est autem proprie συλ  
λοχίζειν, hoc est in decurias distinguere, & καταλοχίζειν, κα  
ταγράφειν, διατάπειν, συγκροτεῖν.

Pagina 59. uersu 24.

In arena sibi incognita depræhēsus. ] Est in gloss. de Con  
temptu rerum fortuitarum.

Homini coitione circunuēto. ] Coitio quid sit, uidebis versu 25.  
in secundis annotationibus.

Reoç ipsi peregrinitatis honorifico. ] Rei peregrinita versu 25.  
tis dicūtur, οἱ ζενίας διωκόμενοι, οἱ ζενίας φέυγοντες, hoc est, qui  
ob id rei postulati sunt, quod se pro ciuibus gesserunt, iurā  
que ciuilia usurparunt, quum essent peregrini. Tranquil. in  
Claudio. Peregrinitatis reū, orta inter aduocatos leui con  
tentione, togatuīne an palliatum causam dicere oportet,  
mutare habitus sæpius, et prout accusaretur defendeturç  
iussit. Idem: Splendidum uirum Græciæç prouinciæ prin  
cipem, uerum Latini sermonis ignarum, nō modo albo iu  
dicum erasit, sed etiam in peregrinitatē rededit. Sic Vlpia.  
de in ius uocando: Sed si per poenam deportationis ad pere  
grinitatē redactus sit patronus, putat Pompo, eum amisisse  
honorem.

Pagina 62. uersu 14.

Qui numerū ipsi inter studiosissimos literarū augemus. ]  
Numerum augere sic dicitur, ut ab Horatio: Nos nume

rus sumus, & fruges consumere nati; hoc est non eximij, sed in ordinem coacti. Liuius de Hercule: Mater mihi ueridica interpres deum, aucturum te numerum cœlestium cecinit. Sic augere ciuitatem. Plau. Ciuitatem maximam, maiorem hodie feci, atq; auxi ciuii foemina.

Pagina 63. uersu ultimo.

Quod te in numeris tui functione inspicere obseruare cogestiebam.] Inspicere est penitus cognoscere, & obseruatione accurata prosequi. Liuias lib. primo. Secund. bel. Pucini: Placuit mitti legatos in Hispaniam ad res sociorum inspectandas. Quoniam si uideretur digna causa Annibali de nunciaret, ut a Saguntinis socijs posse. Ro. abstineret, εδέσθω τα πέμπτη τὰ συμμάχων πράγματα ἐποφορήσους πρέσει. Cice. Nos enim augures obnunciationem solum habemus. Consules & reliqui magistratus etiam inspectionem. πλώ ἐπισκοπήν. Sic inspicere ædes Plauto, inspicere agrum Columellæ, & Ciceroni inspicere prædiū, & inspicere hominem penitus Plinio in epist. καθορᾶμ, εφορᾶμ.

Pagina 64. uersu 13.

Nec tecum comperendinatam illam controversiam epistolari prolatione disceptare.] Comperendinare est, in posterū reiçere, ut in annotationibus ipse docuit. ειστὸντερον αναβάλλεις εἰς τὴν ἐπιστολήν αναβάλλεις. Prolusio est instantis certaminis meditatio & quasi præludiū. Disceptare interdum est cōtendentis, hoc est τὸ ἀμφισθεῶτον. Liui. Hæc directa percunctatio ac denunciatio belli magis è dignitate populi Romani uisa est, quam de foederum iure uerbis disceptare Sagūto excisa. Sic Callistratus de Poenis: Ut qui factura affectus est damni disceptet, id est, ωρᾶμ ὁ βεβλαμμένος τὴν βλέψης ἀμφισθεῖται. cum genitiuo iunxit Græcorum more. Sub intelligitur enim ablatiuus. Disceptare controversiam etiā est cognoscere & arbitrari. Cice. de Legibus. Disceptator qui priuata iudicet Prætor esto. Idem in quarto Tuscius

to Tusculanarum. Quū Academici Stoicorum controuer-  
sias disceptarent. Sensus est igitur hic: Si hilari animo fuis-  
sem, in hac epistola de eo tecū egissim, copioseq; differu-  
ssim, de eo quod inter te & me cōtrouersum est: hoc est de  
quo inter nos non conuenit, quod planè disceptabitur co-  
rām, quū tu domum redieris. Tunc enim constituetur uter  
nostrum rectius rem æstimarit.

Pagina 66, uersu 12.

Enimuero hic uocē attollere opus est.] Enimuero par-  
ticula est indignantī accommodata. Plautus in Amphitrio-  
ne. Quid igitur hic dubito: aut cur non introéo in nostrum  
domū: Me. Qui in nostrā domū: Sost. Ita enimuero. Ver-  
bum est ferociter respondentis. Idem in Trinum: Ehō tu is  
es: Ch. Is enimuero sum. Liui. Blactius de prodiōe Du-  
sium appellabat. Enimuero ille ut in manifesta re exclamat  
hub oculis Annibalīs & cætera. Idem: Enimuero, inquit,  
Cōsul, ferri iam ista ludificatio nō potest. Terentius: In ius  
enimuero, si porrò odiosi esse pergitis. Cicero in Verr. Ille  
enimuero negat, & ait indignum facinus esse, quod ego in  
senatu Græco uerba fecissem. Alibi sine indignatione: Illi  
enimuero se ostendūt, quod uellet esse facturos. Plinius in  
epist. pro At uero: Enimuero quām cōmune q̄ ex æquo,  
quod felices nos felicem illum prædicamus.

Quām famæ prærogatiuam sequor.] Prærogatiua hic versu 19.  
pro præiudicio ponitur: In tuo, inquit, merito æstimando,  
non tam famæ constantis de eximia tua doctrina sententiā  
& suffragium sequor, quām meum iudicium qui optime  
te noui.

Ne rei literariæ male ominari uideare?] Ominari est o- versu 25.  
men bonum aut infaustum afferre. Plau. Melius ominare,  
id est εὐφύμε, desine male loqui. Cice. in Verr. O præclare  
coniectum à uulgo in illam prouinciam omen cōmuniſ fa-  
mæ atq; sermonis, quū ex nomine istius quid in prouincia

facturus esset homines perridiculi augurabatur, id est, quū à Verre euerrendam prouinciam cauillabatur. Quum igitur Salmonius se in castris Palladis tendere inter triarios dixisset, Budæus omninosum id esse contendit rei literatiæ. Rem enim ad triarios rediisse dicebant, quū ad extremum discrimen ultimamq; dimicationem uentum erat. Liuius libro viij. ab urbe cond. Inde rem, inquit, ad triarios rediisse quū laborat, prouerbio increbruit, id est, τὰ πράγματα πρός τους ἐπιτεταγμένους προελκυσθέντας. τὰ τοῦ αγῶνος ἐις τοὺς ἐφεδρεύοντας προσιλώων. Hoc autem principium epistolæ ludicru est, & à re militari translatum.

Pagina 67. uersu 6.

Qui utinam cauere etiā posses, neminē eo nomine petitur. ] Quū quis alterius nomine aliquid sibi dari petebat aut fieri, aut id petebat, cuius petitio ad aliū nō minus pertinere credebatur, cautionem cum satisfactione expolcebat reus ab actore in hæc uerba cōceptam. Cice. in Bru. At uero, inquā Brute, tibi ego non soluam, nisi prius à te cauero, amplius eo nomine neminem petiturū, id est, eadem actio ne, & eandem ob causam. οὐ μὴ διδένα δική τούτου ἐγκαλίσει, διγενής γηλημάτει.

Versu 19.

Quibus in suo foro ut concedam, æquum esse mihi persuadeo. ] Id est, qui quom iuris sint professores & literarū bonarū studium huic professioni addiderint, dignū esse censui, ut eis id iam munus capessentibus cederem. Est aut pro uerbiale: Res in tuo foro agitur, hoc est res hæc tibi melius cognita est. In ea re tu præstas alijs, in qua tu exercitatus es plurimum.

Pagina 68. uersu 4.

Vt ea parte reflaccuit. ] Flaccescere est languescere, & flaccescunt uela quū uento destituuntur. Cicero. in Brus to de Seruio Galba: Decij quū ociosus stylum præhenderat, motus que omnis animi tanquam uentus hominem defeceras

fecerat, flaccescebat oratio. ἔχαλᾶρ.

Ad Spei fanū refert, ut in tuto deponat.] Olim moris versu 13.  
 fuit, ut in ædibus sacrī pecuniæ deponerentur. Vnde apud  
 Plautum in Aulul. Euclio senex ita inquit: Nunc hoc mihi  
 factu est optimum, ut te auferā aula in Fidei fanum, ibi ab-  
 strudam probē. Vnde ærarium Romanum erat in æde Sa-  
 turni, ut alibi dictū est. Ait igitur Budæus, ueram et rectam  
 philosophiam, hoc est Theologicam in scriptis oraculariis  
 cōmentantem, summā suorum studiorū, eorumq; rationē  
 in fano Spei deponere, hoc est non summū bonum, quod  
 philosophiæ obiectū est, in rebus temporarijs, sensuicq; ob-  
 noxijs uestigare & indagare, sed in diuinis diuinitusq; pro-  
 missis recte atq; ordine eorum bonorum cupientibus. Ha-  
 bere aut causam præsentaneā, uerbo iurisconsultorū dictum  
 est. Causam enim præsentaneam præsentem ue habere di-  
 cuntur, quorū dies iam uenit, quæcq; in futurum non electa  
 sunt. Hoc enim uocabulum multiplicis est significationis.  
 Vlpian. de actione depositi loquens: Hanc actionem bonæ  
 fidei esse dubitari nō oportet, & ideo fructus in hanc actio-  
 nem uenire, & omnem causam & partum dicendum est, id  
 est omnē accessionē. Cic. in Finib. Morte qui affecti sunt,  
 in eadem causa sunt, qua antequam nati. Causa pro condi-  
 tione & statu, et quasi natura dixit. Idem alibi: Negatq; Pla-  
 tonem si sapiens non sit, eadem esse in causa, qua Dionysiuū  
 Tyrannum: tunc mori optimum esse propter desperationē  
 sapientiæ: illi propter spem uiuere, id est, si neuter sapiēs es-  
 set, tamen non eandem esse conditionem utriuscq;. versu 29.

Cineralium die, quæ Hilaria sic excipiunt.] Id est, die  
 quo cinere perficari frontem è ritu est ecclesiastico. Hila-  
 ria dies est ultimus hilaritatis, quasi licentiæ Saturnalitiæ,  
 quæ per eos dies intensior esse solet. Ibidem natalem resur-  
 rectionis uocat: quem pascham literæ sacrae uocant. Eo em  
 die agnoscitur nobis spes, tandem reuiuiscendi in beatā ui-

et conditionem exemplo diuinitus prodito. Sic Cic. natalem redditus sui dixit his uerbis ad Atti. scribens lib. tertio: Diemque natalem redditus mei ut in tuis aedibus amoenissimus agam tecum & cum meis. Sic Hadrianus Cæsar natalem imperij sui celebrari ab omnibus uoluit autore Spartiano. Hilaria ιλάρια dies erat festus apud Assyrios, quo latitiae exordium celebrabatur ad octauum Calend. Aprilis. Quo die primum sol diem longiorem nocte protendit, auctor Macrobius in pri. Satur. Meminit Lamprid. in Alex. Natalis autem resurrectionis Liberalia dici potest, ut olim Liberalia celebrabantur. Eo enim die a conditione obnoxia liberati fruge deum colimus, dominumque nostrum in fruge sacro sancta agnoscimus, si frugi bona sumus, solenniter dampnus uescimur, natalitia celebrantes, naturae a somno letali exuscitatae. Hic dies tertius est a Soterijs, quo die seruatorum anniversario luctu prosequi institutum est, supplicio salutari affectum & extinctum.

Pagina 69. uersu 22.

Video & cerno quantopere. ] Cernere plus est quam uidere. συνορᾶς. Cic. de Orato. Necque tanta tamē obscuritas, ut eas non penitus acriter uir ingenio cernat, si modo aspicerit. Alibi: Atque ut possit is illa omnia cernere, si modo aspexit. Paulopost contrahere seipsum, pro dissipatas animi intentiones in unum cogere dixit, distractumque in diuersa mente apud se reuocare.

Pagina 70. uersu 14.

Mineruae, Musarumque uirginitatem immiuere. ] Immiuere uirginitatem est uitiare uirginem, ut Tranquil. dixit post Terentium, quod & uitium offerre dicitur, & afferre, ut idem Terent. in Adelph. Qui miserae indigne per uitium uitium obtulerat. Et Plautus: Pudicitiae huius uitium me absente est additum. Idem: Pudicitiae huius nunquam nec uitium, nec uitium attuli. Cicero offerre stuprum dixit in Philippi. Plautus in Cestell. Necque pudicitiam meam mihi alius quisquam immis-

imminuit. Minuere & imminuere est κολουερ & ἐλαπζων. Cicero in Verr. Minuisti maiestatem Po. Ro. minuisti auxilia, minuisti copias maiorum uirtute sapientiaç comparatas. Lactant. de Ioue loquēs. Omitto uirgines quas immis-  
nuit, id est, διεκόρησε, διέφερε,

Vt communis prudentia, qua hominum multitudo pu-  
blice priuatimç ducitur.] Communis prudentia sic dicit, Versu. 15.  
ut sensus communis. De utroq; autem uocabulo Budæus  
in annotationibus scripsit. Cice, in quinto Tusculanarum:  
Vt eñ medicina ualetudinis, nauigationis gubernatio; sic  
uiuendi ars est prudentia. Prudentia autem communis est  
quam idem Cicero lib. iiiij. de Finib. his uerbis significat:  
Om̄ibus autem artibus uolumus attributam esse eam, quæ  
communis appellatur prudentia, quam omnes qui cuiq; ar-  
tificio præsunt, debent habere. Sensus est igitur cōmunem  
hominū sensum non modo imperitorū & uulgi, sed etiam  
eorum qui prudentes in uita ciuili existimantur, à Philoso-  
sophiæ partibus præsidijsç descivisse, in partesç transfu-  
gisse stultitiae, oblitum, sacramenti. Est autē translatio à re  
castrensi. Prudentum autem responsa quū sint τὰ δόξαντα  
τοῖς τῷ νόμῳ ἐξηγήσαις, hoc est iuris consultorum placita:  
hic pro opinionibus ponuntur, ciuili prudentia præditorū.

Quarum commentatio propria est philosophorum.] Versu. 24.  
Commentatio interdum est, meditatio atç cōtemplatio.  
Cicero in Tuscul. Nihil est enim quod tam obtundat cle-  
uetç ægritudinem, quam meditatio conditionis humanæ,  
ç uitæ lex commentatioç pereundi. Id est, σκέψις, θεωρία,  
& quod Græci philosophi φροντίζερ dicunt, & φιλοσοφερ,  
hoc Cice, commentari appellat. Et commentata σκέψιματα  
καὶ φροντίσματα, καὶ θεωρήματα & φιλοσοφήματα. Interdum  
etiam cōmentata pro scriptis intelligit. Ipse in Bru. Ut sua,  
inquit, & commētata & scripta meminisset, περιφροντισμένα.

Pagina 71.versu 11.

At inane id Mangoniū uanitatemq; professionis fuisse. }  
 Mangones sunt uænalitiarij, qui ueteratores seruos pro-  
 nouitijs uendunt, ætatem quibusdam lenocinijs ementien-  
 tes, huiusmodic; artificium, & ætatum adulteratio in uæna-  
 libus Mangonium olim uocabatur. Trāsfertur etiā ad alia.  
 Hic autem Mangonium inane appellat philosophiæ Stoicæ  
 dogma, quod principem animæ partem & principatum  
 animi ob culpā primi parentis, quasi obnoxiam sensuū Ty-  
 rannidi datum, in pristinam libertatem, atq; etiam maiesta-  
 rem restituisse se gloriatur. Aiebant enim Stoici sapientem  
 infra se omnia habere, ex seseq;, ipsum non aliunde pende-  
 re, usq; adeo ut Horatius eorum uerbis dicat. Ad summum  
 sapiens uno minor est Ioue. Mangonium autem dixit Bu-  
 dæus, quasi artificium lenociniumq; naturam quæ inuetera-  
 uerat in erroribus iuris gentium, quos cupiditas peperit, in  
 pueritiam restituēs, hoc est ad priscam animi libertatem, iu-  
 stamq; innocentia. Aiunt enim sapientē undicq; à culpe te-  
 ctum esse, ob idq; peccata omnia exæquarunt. Simul enim  
 homo peccauit, eum ipse de sapientiæ gradu statuq; ad imū  
 stultitiæ deiçciunt. Plin.lib.ix. Mangonium in uillis appel-  
 lat, artificium uillarum ad uoluptatem amœnitatemq; con-  
 cinnandarum, ut uendibiliores fierent.

versu.19.

Qua una magistra & præeûte ratione iustitiæq; diuerti-  
 cula constitui possunt. } Præire est uerba præfari: & subse-  
 qui, est dictata uerba pronunciare. Liuius lib. viij. ab urbe  
 condit. Agedum pontifex publice populi Ro. præi uerba,  
 quibus me deuoueā. Plin. ad Traia. quū præeûte me deos  
 appellarent, & imagini tuæ thure ac uino supplicarent, præ-  
 terea maledicerent Christo. Hoc à Græcis sumptum qui  
 δέκτησις dicunt, & προκήσις & προδοποίησις. Præit magis-  
 ter discipulis quū prælegit. unde καθάγεσις uerbum & κα-  
 θηγέμων de præceptore dictum. Præire etiam dicitur ὁ καθός  
 μένος

μένος τινὶ τὴν ὁδὸν, id est antegrediens: & qui praelucet ὁδὸν  
 πάχων. Hic autem alludit ad utrancū significationem. Con-  
 stituere autem est interdum, μεθαξμόνην ηγή ἐπανορθούσι.  
 ut quum Triumuiri Reip. cōstituendæ causa creati sunt, ut  
 extat titulus in numismatis triumuiratus. Sic apud Sallust.  
 Maioris nostri parandi iuris & maiestatis cōstituendæ gra-  
 tia, per secessionem armati, bis Auentinum montem occu-  
 pauere, id est stabiliendæ et restituendæ, denuoç cōfirman-  
 dæ. Constitui enim dicuntur, quæ labare ceperant, quū ab  
 inregro firmantur. Potest tamē intelligi tunc primum con-  
 stitutam Populi Romani maiestatem propter Tribunos &  
 legem de prouocatione ad populum latam. Est enim con-  
 stituere firmare & astruere. Cice. de summo bono loquēs:  
 Hoc enim constituto, omnia in philosophia sunt constitu-  
 ta. καταθεσκότα, κατεσκευασμένα. Sic de Senectu. Sed me-  
 mento me eām senectutem laudare, quæ fundamētis iuuen-  
 tutis constituta sit, id est, quæ recte acta iuuentute subnixa  
 sit. Idem in Verr. prolabantem stabilire dixit: Ut quū hæc  
 res ex uolūtate Populi Romani iudicata esset, aliqua ex par-  
 te mea diligentia cōstituta iudiciorum autoritas uideretur.  
 Budæus autem diuerticula iustitiæ & rationis constituere  
 dixit, pro eo quod est, ius gentiū iuraç & instituta ciuiliæ,  
 quæ à uia Iustitiæ in diuortia erroris cupiditatisç digressa  
 sunt, in uiam iustitiæ reducere, æquitatisç Euāgelicæ. Cui  
 sententiæ cōuenit quod sequitur: Mensç errore seculi cir-  
 circunuēta in integrum restitui. Loquitur enim de ratione  
 humana, tanquam de minore annis adolescentे decepto,  
 cui iuris beneficio datur in integrum restitutio.

E statiuī eius se subducūt aut proripiunt. ] Statiua sunt Versu 23.  
 castra ad stationē longiorem fixa. Liuius libro decimo: Po-  
 stero die castra mota, & Appius Romā dimissus, inde nus-  
 quam statiuā Romanis fuere. Negabat Fabius utile esse  
 uno loco sedere exercitum. Hic statiuā pro studio sacrosan

Ex philosophia posuit. Subducere se, est clam abire, hoc est. οὐτόπιον περίγραμμα, οὐτόπιον περίγραμμα, ut proripere repente abire, ἐκθορῆμα.

**Versus 30.** Emeritis stipendijs uoluptatis.] Emerita stipendia dicuntur quae peracta sunt, quum iam milites missionem, ut veterani impetraverunt. Luius: Consules cum Tribunis egerunt, ut ad Populum Romanum ferrent, ut Ebusio emerita stipendia essent, ne inuitus militaret. Emerita etiam sunt præmia ueteranorum, ut inquit Modest. Iurisconsultus sub titulo de re militari. Emeritus miles dicitur. ὁ πάσας τὰς νομίμους σφαλέας τελεκώνει, & μισθοφορᾶμα πεπανυλόν. Emerita autem sunt stipendia uoluptatis, cupiditatis & ambitionis ijs, qui è uita ciuili secedentes, monasterio se deuouent. ut sodales Franciscani, Dominicanæcꝫ faciunt. Perstat autem in metaphora à præsidijs militariibus statuiscꝫ suscepta. Qd autem sequitur, quasi obnoxiam primogeniam dedita est uita cōmunitatis. Dare obnoxiam, est noxæ dedere quod uerbū in gloss. de Cōtemp.re. fort. enarratum est. Primogenia noxa est cōtumacia primi parentis. Primogenius enim est primordialis. Varr. de cupresso: Nō enim galbuli qui nascuntur, id semen est, sed in ijs intus primogenia semina dedit natura. Id est, ἀρχοεδή, οὐχὶ προκγονύλων. Sic primogenius filius qui primogenitus uulgo dicitur. Cicero em̄ unigenium filium dixit, & primogenia dicuntur τὰ πρεσεῖα, iura primi & maximi natu filij.

Pagina 72. uersu 24.

Imprecat inter diras.] Id est, pro diris imprecationibus habet. Sodales Franciscani inter mendicos imprimis numerantur. Egestatem autem homines inimicis imprecari solent, ultimamq; inopiam. Diræ, imprecations sunt execrationis plenæ. Luius: Huius atrocitas facinoris nouā uelut flammarum regis inuidiæ adiecit, ut uulgo ipsum eiuscꝫ liberos execrarentur, quæ diræ ab omnibus dijs exauditæ, ut in Langinem

sanguinem suum sanguiret effecerunt. Cice. de Diuinatione:  
Crasso quid acciderit uidemus dirarum obnunciatione ne-  
glecta. Diras imprecari Græce ἐπὶ ἀλήταις παλαμυλοτάς  
ἐργάς, dicitur & ἔργας δεινάς ισχή φρεκώδεις ἐπὶ ἀλήταις.

Pagina 75. uersu 8.

Obiter ad te scripsi equo iam admisso. ] Significat se iam  
equo incitato substituisse, ut scriberet. Propterea, obiter dis-  
xit. Ut Iuuen. Atq; obiter leget aut scribet uel dormiet in-  
tus. Id est, ἐπὶ τὴν ὁδοῖς πορείᾳ.

Pagina 77. uersu 4.

Ad amussim priscam exactæ. ] Adamussim factum dici-  
mus quod Græci ἀκριβεῖ σάδμη dicunt, & ἀπικριβωμένοι,  
Varro lib. secundo de Rustica. Nō est numerus ad amus-  
sim, quum dicimus mille naues issse ad Troiam, Centumus  
virale esse iudicium Romæ: Id est, ut exakte numerus colle-  
ctus sit. Plures enim aliquanto naues, aut pauciores fuerūt,  
ut plures quam Centumuiri, hoc est, centū & quinque. A-  
mussis autem norma est fabrilis, unde adamussim aduerbiū  
compositum est. Quod Budæus in nomē commutauit ad-  
dendo adiectiuum, priscam. Eruditionem enim significare  
uoluit, non qualis hodierno die eximia esse dicitur, sed qua-  
lis est exacta & cum antiqua composita.

His animorū insignibus, quasi quibusdam illecebris ho-  
nestatis philtrisq; adeo philocaliæ. ] Insigne qd sit superius  
dictum est. Hic insignia animorum appellat eximos duos  
animos, qui inter alios cōspicui sint maxime, eo modo quo  
Cicero insignia fori dixit. Plinius libro septimo. Cæsari in-  
quit, proprium & peculiare fuit, præter iam supradicta, cle-  
mentiæ insigne. Et de Cicerone: Sed quo te maxime insig-  
ni excellentem prædicem: hoc est, qua nota quæ maxime  
te insigniat, uel insignitum reddat: ἐπιφανέστορα ποτε λέσει.  
Quo in loco insigne est, quod Cicero insignitā notam uo-  
cat lib. de Diuinatione: Altero, inquit, modo præuidet ani-

Versu 5.

mus, quod plenus aér sit immortalium animorū, in quibus insignitæ notæ ueritatis appareant. Hoc est ut ego opinor γνωρίσματα ἐπιστηματικά. Insignia ingeniorum fuerunt Homerus & Plato apud Græcos, apud Romanos Cicero & Vergilius. Insignia gentilitia hodie sunt, quæ nos arma dicimus, quasi armis quæsita. Vnde illud: Parmaq; inglorius alba. Et in xi. Aeneidos: Ense pedes nudo, puraq; interrita parma. Videlicet quia tunc primum in bellum prodierat, inquit Seruius. Sic enim dici possunt insignia familiaria, ut insignia magistratum, hoc est, πρύτανια & γνωρίσματα & κόσμια & χίματα, ut uarie ab autoribus uocant. κόσμια σφαγήγια, Præturae insignia: γνωρίσματα τῆς βασιλείας insignia Imperij, hoc est gestamina & specimina. Tranquil. Vetera familiarum insignia, nobilissimo cuiq; ademit, Tor quato torque, Cincinnato crinē. Philocalia honestatis est studium. Philtra sunt amoris illecebræ, quibus amorem hominum cōciliamus. Philtra sunt in homine quæ uulgo gratia dicitur, hoc est corporis habitus, gestus, dignitas aut uenustas, ita oculis hominū grata, ut solo sui aspectu inire gratiam ab omnibus aut quamplurimis possit.

**Versus 13.** Honestatem me & probitatem inter numina mortalia colere.] Colunt artes uirtutesq; apud Cice, in Catone, hoc est ἐκ πνοῶντος ἀσκοῶντος & ἐπασκοῶντος, exercitatione ac labore queruntur & coluntur. Et colitur officium, Plautus: Omnis sapiētis suum officium æquum est colere. Idem: An doles quia illi officium suum non colunt, quum tu tuū facias? Coluntur studia literarum. Cice. Colitur etiā deus. Colere honestatem Budæus & probitatem se dixit inter numina mortalia, alludens ad geminam huius uerbi significationem, ac si diceret: colui honestatem & probitatem, ut si quid aliud inter res mortales, id est studiosus fui honestatis, honestosq; et probos homines colendos mihi duxi, non minus quam præpotentes. Numina enim pro potestatibus ponuntur,

ponuntur, quæ aut iuuare homines, aut nocere ipsi possunt. Numen enim est nutus dei & potestas, inquit Festus. Cic. de Cerere loquens: Etenim multa saepe prodigia uim eius numeris declarant, & numine diuino aliquid factum esse dicimus θεία πρωτη, ιωή δαιμονός θνοε ὑφηγημένος

Εμέ τε ιωή τάμα Θύλτατα.] Id est meos liberos, τοις ου μιωτάρις, id est parentum loco numeroς esse statui. Versus 27.

Pagina 78. uersu 7.

Comitate ipsa quidem condita & iucunda.] Ipsa, accusatius est & refert probitatem, animisq; candorem. Sic Lilius: Magna res in principio statim belli Chalcis & Eripus adempta Regi foret, Sallust. Nox & præda hostem remorata sunt.

Ista dignationis tuæ personæq; ornamenta.] Dignatio est quod Græci αξιωμα, dicunt, id est, dignitas & amplitudo, propter honores gestos aut magistratus uel propter oris morumq; maiestatem. Vnde ρ αξιωματικόν Græci uocant uenerandam oris maiestatem, qualis in Pompeio fuit, quam Cicero dignitatē uocare solet. Cice, in Orat. perfecto: Vultus uero qui secundum uocem plurimum potest, quantam affert tum dignitatem, tum uenustatem, in quo quū effectionis nequid ineptum aut uultuosum sit, tum oculorum est magna moderatio. Hæc oris dignitas etiam σεμνοπροσωπία dicitur. Dignitas etiam dicitur existimatio quaesita clasris rebus gestis magnificaque opinio. Idem ad Atti. Discit fortassis dignitatis αλις tanquam δέρυδες, Saluti cōsule. Quibus uerbis allusit ad prouerbiū Græcum, hoc est, iam fastis gloriæ magnificæq; existimationis tibi comparasti, nunc habeto potius salutis rationem, quam quid te deceat tanto pere uideas. Plin. lib. xxi. Pollio, Musæus & Hesiodus perungi iubet dignationis gratia, gloriæq; audios Polium tractare colereq;. Tranquil. in Vespa. Exinde sortitus Africā, integerrime, nec sine dignatione administravit. Cicero ad

Atti. Vſus est ſemel hiſ uerbis lib. x. Cælij quidē epistolam ſcriptam miſerabiliter, non ſine magno fletu legerunt pueri noſtri, & ſi meus quidem eſt fortior, eoq; iſpo uehemens tius commouet, nec quicquam niſi de dignatione laborat, id eſt nullius rei tantam rationem habendam nobis cenſet, idq; agit ut exiſtimationem antehac collectam tueamur, & ne quid agamus quod indignū ſit rebus à nobis gemitis. Per ſona autem qualitatem hominis ſignificat & conditionem, translatione ducta ab histrionibus. Idem in Verr. Dubitate etiam ſic potestis, quin eum iſte ex omni numero delege rit, cui improbam perſonam imponeret. Sic abiçere perſonam quæſtoriam pro Planc. Et apud Quintil. in iij. fictam orationē imponere perſonis. Idem Cice. in Finibus: Genus. hoc ſcribendi & ſi ſit elegans, perſonæ tam an & dignitatis eſſe negant. Perſonam & dignitatem pro eodem poſuit, id eſt pro autoritate quæſita, nominisq; amplitudine. Græce, ut opinor, ἀξιοπρέπεια dicitur & ἀξία.

Versu penult.

Nec in homines incurrerim, qui ardenteis mihi ſpiritus alerent.] Id eſt quod æqualis non fuerim, quas iſq; condisci pulus hominum literarum ſtudio flagrantium. Tranquil. in Tyb. Natalem ſuū plebeis in currentē Circenisibus, uix unius bigæ adiectione honorari paſſus eſt. Id eſt in eundē diem incidentē. Sic apud Celſum febris incurrere in tem- pus exercitationis dicitur, id eſt σωματισμός, σωμάτω, com petere. Cicer. ad Sulpit. Nihil enim conſtitui potest, quod non incurrat in magnam aliquam diſſicultatem. Incurrere interdum eſt προσέλλεψη, ἀντικεδύψη, ut incurrere in oculos quod ſupradictum eſt.

Pagina 79. uerſu 5.

Valetudine utiq; cauſarius & curis œconomicis.] Ca uſarij milites à cauſaria miſſione dicti ſunt. Vlpia. De ijs qui noſtantur infa. Eſt enim honesta miſſio, quæ emeritis ſtipendijs, uel ante ab imperatore indulget. Eſt cauſaria quæ propter

pter ualetudines à laboribus militiæ soluit. Propterea fuit  
causarij pro ualetudinarijs accipientur. Plin lib. xxv. Datur  
sanguinem excreantibus causarijs uel latere uel faucibus.  
Sic Livius: Tertius exercitus ex causarijs senioribusq; scri-  
batur. Causarij sunt ἀτόμως Aeliano, qui sōntico morbo  
à militia excusantur. Budæus igitur dignū se esse ait cui sti-  
pendia emerita sint, nō quod languore animi causarius sit,  
sed corporis infirmitate & curis rei familiari debit is.

Eodē luto factus.] A fabula Prometheus tractus sermo,  
qui primus è limo hominem finxisse dicitur. Eaç fabula, ut  
opinor, ab historia primordiali emanauit, quam Moses Ju-  
dæus scripsit. Sic Iuuenalis Saty. xiiij. Vnus & alter Forst-  
tan hæc spernant iuuenes quibus arte benigna, Et meliore  
luto finxit præcordia Titan. Versu 29.

## Pagina 80. versu 19.

Hominem uero te felicem. } Id est, ó hominem te felicem.  
Sic Cice. ad Atti. Me miserum cur nō adeo profecto nihil  
te præteriret. Plaut. in Trinum. Aedepol graphicum furē  
surripuit currenti cursori solum. Particula autē illa, uero, in  
terdum principio seruit. Cice. ad Atticum quādam epistola  
lam sic exorditur: Tu uero sapienter (nunc enim demum lis-  
teris quas mihi misisti conuento Antonio Tibure) sapien-  
ter igit̄ quod manus dedisti. Plau. A in uero uerbero: Deos  
esse simileis tui putas? Idem: Tu Urbanus uero scurra deli-  
uia populi, tu mihi rus obiectas?

Tametsi doctrinæ eloquentiæ splendorē comitatis per-  
ingenuæ dignitas & species obscurat ac præradiat. ] Obs-  
curare est tegere & obumbrare, quod Græci ἀποκρύπτει  
dicunt. Cice. de Offi. Tanta uis est honestatis, ut specie uti-  
litatis obscuret. Et in Finibus: Omnia illa quæ bona tu uo-  
cas, necesse est obscurari, & non apparere, & in uirtutē tan-  
quam in solis radios incurrere, ἀμαυροῦ θ. Præradiare uero  
est πρέπει μπεῖ uel ad uerbum περιγάτην οὐδεῖν. Ouidius

Præradiat stellis signa minora suis.

Pagina 81 uersu 9.

In qua suus totus est Sadoletus.] Id est, in qua libere scribit: Habet necesse seruire Pontificiæ formulæ, ut in priore.

Versu 20.

Prædiceres igitur ut lectissi.] Prædiceres igit, id est, prædicere igit debebas. Plinius in episto. Hæc igitur quid age, rem: quod iter defensionis ingrederer: Sic Ter. Hem prædiceret, hoc est, at tu prædicere debuisti. Apponere autem tanquam de ferculis dixit ταξανδέναι. Apponuntur enim fercula in cœnis.

Versu 23.

Illud saltem mihi cauere ab ipsis non grauabere.] Cauere stipulari significat, & sponsores accipere. De quo uerbo satis multa in annotationibus secundis Budæus scripsit. Cicerone in Verr. Rogat eum, ut quod ab ipsis abesset pecuniæ curet, ab se caueat quemadmodum uelit, de illa hæreditate cum Epicrate neminem esse acturum, πισωσάτω δικέας Τους ὅπως ἀπὸ αὐτῷ δοκῇ, id est stipuletur ille, sponsoresque à se exigat. Paratos em esse spondere, satisdatoque promittere, id est, πεγγυώς ποσχέται. Sic Budæus postulat ut Longogolius ita cum Sadoleto & Bembo agat, ne arrogantia Budæo detur aut temeritati, quod ultro ad eos epistolas scripsit Longoliū commendatrices. Longolius autem spopondarat rem gratam iucundamque hominibus ipsis facturum, scilicet autore Budæum id facere debere contenderat, amicitiaque iure poposcerat.

Versu 30.

Litemque meam uestræ controuersiæ faciam.] Id est hominem tibi infensum in me obuertam, ut iam mecum ipse magis quam tecum expostulaturus sit: usq; adeò acriter cum eo agam. De hac locutione uide in primis annotationibus in Pandect.

Pagina 82. uersu 3.

Quantum per officia uitæ iniunctæ licebit.] Iniungere est onus ueli iugum imponere. Liuius. Eo uerterunt orationem

onem ut dicerent priuatis id seu æquum seu iniustum onus iniungendū esse. οπιστάκτεοπ τίνω. Idē: Scripta plebis iniuncta patribus sub titulo æquandarū legum nostrarū. Translatio est & à iumentis clitellarijs quibus onera iniunguntur. Iniuncta ergo uita est conditio uitæ diuinitus Budæo data. Hoc autem uerbo significat molestiam curarum familiarium ualeudini incommodæ accedentium. Iniunctam ergo uitam ιπιστάκτεοπ τύλιοπ dixit, & tanquam ιπιστάγματοπ.

Iam id mihi nomen expunctū satis cōfido Alciati fide.] versu 7.  
 Id est, id debitum in Alciati nomen transcriptum, ut qui fide sua id esse noluerit, utq; expromissor operis à me præstandi, obligatiōi pollicitationiq; successerit. Cicero in quādam epistola: Et si quid satisfandum erit amplius eo nomine non peti, cures ut satisfetur fide mea. Et pro Flacco:  
 Nā hūc Hermippū ciuem suū, cui debebat esse notissimus, percussit. Eius em fidē sumpsit à Fusījs. Vbi fortasse percūlit legendū est. Sed de his dictionibus alibi latius dictū est.

Præsertim in ære suo, aut etiam in suo meoq;. ] versu 11.  
 in ijs quæ ad intelligentiam Pandectarum pertinent, quum sit ipse iurisconsultus, aut etiam fortasse tam in ijs quam in literis bonis doctior.

Hanc ipse redempturam operis quū uicerit.] Vincere versu 22.  
 redempturam & conductionem operis faciundi is dicitur, infra quem nemo licetur & uincit uectigalium redemptiōnem is, supra quem nullus licetur. Paulus: Licitatio uectigalium ita demū admittenda est, si fideiūssores idoneos is qui licitationem uicerit offerre paratus sit. Cice. pro Cecinna: Vel quum hoc ipsum cōcessit, uincit tamen sponsonem, si planum facit, aut ui, aut clam, aut precario possedisse. et pro Roscio: Vincere iudicio litem, uel rem aliquam, id est, iudicio obtainere, νικᾶπ πλῶ δικίω. Vnde euincere uerbum, & euictio apud iurisconsultos. Manceps autem est ιγνολάθος ήρη τὸ εὔγοη μισθον μηνος.

Versu 26.

Itaq; hanc tibi atque omnibus renuncio pollicitationem quam feceram, digitum ille sustulit. ] Id est postquam Alciatus significauit se redemptionem operis faciūdi suscire, ego cessi homini, & redemptionem renunciaui. Id est te status sum iam me non esse redemptorem. Cicero in Præt, urbana: Itaq; renunciat Rabonius illam decisionem tutoribus. Accurrunt tamen ad tempus tutores, digitum tollit Iunius patruus, id est, significat se esse redemptorē. Hoc ipse alibi digito licerī uocat.

Versu 28.

Abunde est mihi si bona fide meū egerit. ] Id est, si quædam quæ à me occupata iam erant, ipse in cōmentarios suos ita transtulit, ut tamen eorum inuentū meum esse non dissimularit. Quod autem sequitur, id quod mihi uidetur existimatasse, hunc habet sensum, & si aliam ipse docendi ea quæ dixit rationē instituerit, quām ego sequutus eram: quare quædam dicta translatitia uix uidebantur cum ijs quadratura, quæ aliter concepta erant atcq; enunciata, non ideo minus tamen ille usus est.

Versu penult.

Quod si quibus in locis in speciem opus ipse ex rediuiuo quasi nouū extruxit. ] Perstat in metaphora operis conducti. Est enim translatio ab operum structura. Rediuiuuus lapis est qui ex uetusto renouatus est, ut alibi dictum est. Cicero in Verr. Qui etiam ad extremum conscripserit. Rediuiua habeto redemptor quasi quicquā rediuiui ex illo opere tolli posset, ac nō totum opus ex rediuiuo constitueret. hoc est ex lapidibus interpolatis ac denuo cæsis. Idem alibi: Columnā efficere ab integro nouā, nullo lapide rediuiuo. Lactan.lib.vij. Deus enim ueniet, & orbe hoc ab omni labore purgato, rediuiuas iustorum animas corporibus innovatis ad æternam beatitudinem suscitabit. Rediuiuū Lactantius pro renouato dixit, ut Cic. Ut sit rediuiuū. επισκευασθε, non autem ἀναβίωσθε ut multi loquuntur. Sic rudus rediuiuū ab novo differt. Vitruvio libro septimo. Sensus est igitur

igitur hoc in loco, & si Alciatus in quibusdam locis, ita sc̄te usus est translatitijs, ut opus totum eius nonnunquam uideri possit, propter aptam compositionem, et propter plurima quæ propria eius sunt & noua, æquum tamen est & fidei bonæ congruit ut rediuiua eius sint, à quo sumpta sunt mutuò, id est, probi & æqui hominis est agnoscere bonam fidem, & cuiq; ius suum tribuere. Itaq; rediuiua illa & transcripta tanquā tigna alieno operi iniuncta eius semper manent, cuius primum fuerunt, licet inde eximi nequeant, nec debeant quū apte conserta sint. In speciem autem est ὁ τεως ἔνεκα, hoc est ut speciē præbeant faciemq; operis planè noui, Liuius; Ducentes paucos in speciem captiuos.

Pagina 84. uersu 12.

Colophonem imposuerit.] Id est ultiam manum, & suffragium rei decretorium. De quo uerbo alibi dictum est,

Nonnullas etiam eiusdē marmoris.] Id est aliquis eiusdem scriptoris autoritates citasse me existimare, ad id quod dicebam cōfirmandū Liuij testimonijs, quāquam iam demonstratum & planè comprobatum.

Architectonico oculo mensus.] Id est, quasi architecti iudicio aestimauit Architecton, Græce architectus dicitur, unde architectonicus deriuatur. Vnde artes architectonicae Aristoteli libro primo Ethicorum & Architectonicae architectura à Fabio dicitur.

Luculento errore Decumanoq;. ] Decumanū pro magno ab antiquis dicebatur, autore Festo. Vnde decumanū ouum, & decumana porta in castris, quæ in postica parte castrorum erat, ut ex Cæfare lib. tertio belli Gallici intelligimus. & ex Liuio his uerbis libro decimo; Ab tergo castorum decumana porta impetus factus. Itaq; captum quæstoriū. Quæstorq; ibi occisus, & decumanus acipēser apud Ciceronē in secun. de Finibus ex Lucillij carminibus: Cœnasti in uita nunquam bene, quum omnia in isto consumis

squilla acipensere cū decumano. Inde illud Lucani in quinto Phar. Hæc fatum decimus dictu mirabile fluctus Inualaria cum puppe leuat. Hic autem Budæus allusit ad significationem ambiguam huius dictionis. Significat enim magnum errorem fuisse Alciati, qui decuplicato in eo loco lapsus est, quem errorem ipse Alciatus sua sponte in altera editione agnouit antequam à Budæo admoneretur. Ut postea patuit.

Pagina 85. uersu 30.

Sine qua iacere multis uidetur scriptorū opinio.] Iacere interdum est languere, & quasi exanimem esse. Quintil. lib. nono de figuris sententiarum loquens: Motus est in his orationis atq; actus, quibus detractis iacet, & uelut agitante corpus spiritu caret. ἀθυμίᾳ ἔσθνυμως ἔχει. Interdū iacere pro frigere ponitur, hoc est non uigere. Cice. in pri. Tuscu Ian. Honos alit artes, omnesq; incenduntur ad studia gloriae, iacentq; ea semper, quæ apud plerosq; improbantur. ἀναπτύπωνε, πρόχκημάζει. Idē in Finibus: Maximas uero uirtutes iacere necesse est uoluptate dominante. Et pro Milone: Iacent his testibus ij qui Clodium negant eo die Romam, nisi de Cyro auditum esset, redditum, id est, uim testimoniū habere non possunt, rare non possunt, manifesto reuin cuntur. Idem pro Roscio: Iacebant tum precia prædiorū, id est, prædia uili uenundabant κατεβέβληντο. Sic iaci scriptorum opinio, id est, friget. Plausu non excipitur & deiecta esse uidetur.

Pagina 86. uersu 2.

Tum etiam minus metuam ab oculis fascinantibus.] Fascinatio est inuidentis. Plin. lib. xxix. Hortosq; & fores tantum contra inuidentium fascinationes dicari uidemus, in remedio Saturica signa. A Græcis tractum qui βασκαίς νεροῦ inuidere dicunt. νεροῦ τῆς φάεσι καίνει, αὐτὶ τοῦ τοῦ βλέμματος φεύγει. Ut enim fascinates, sic inuidi oculis homines enecant.

Versu 28.

Propter quod uadimonium deserit, uel ad tribunal Cassiani iudic

ni iudicis possit.] Cassius iudex fuit seueritate nobilis. Cic.  
in Verr. Nō quero iudices Cassianos, ueterem iudiciorum  
seueritatem nō requiro. Idem: Dabis etiam illum, quem tu  
in cohorte tua Cassianum iudicem habebas, id est, maxime  
seuerum. Quod per Ironiam dixit. Meminit & pro Milo-  
ne, & Philip. secunda. Hic Cassius reorum scopulus dictus  
est, ut inquit Valerius. Quid sit uadimonium deserere, ui-  
debis in primis annotationibus Budæi in Pandectas. De se-  
seri autem uadimonium impune non poterat.

Pagina 87. uersu 25.

Habebam antea par unum ingeniorum in animo meo  
adumbratum denunciatione famæ.] Adumbratum prole-  
uiter informato dixit. Est em adumbrare linearī pictura um-  
bratiliç aliquid fingere & simulare, id est, σκιαγραφία. Ad-  
umbratis autē imaginibus adduntur colores. Philost. εσκιά-  
γραφή μενόις ἐπιβαλών χρώματα. Cice. in Tuscul. Est autē glo-  
ria solida quædam res & expressa, non adumbrata. Id est nō  
leuiter informata, sed expressa, id est scalpta, hoc est quæ ex  
olescere nequit, ut ea quæ expressa sunt in simulachris. Idē  
in Orat. Nulla est em ullo in genere oratoris laus, cuius in  
nostris orationibus nō sit aliqua, si nō perfectio, at conatus  
tamen atq; adumbratio ει μή σωτέλεα, επιχείρημά γε ηρέλαπ-  
στιασμα. Et in quinto de Finib. Atq; ea in optima quaç in  
dole maxime apparent, in qua hæc honesta quæ intelligi-  
mus à natura tanquam adumbrantur: sed hæc in pueris ex-  
pressa adumbrantur, εσκιάγραφήθη. Expressum uero, φύση-  
μεμαγμένοι dicunt, & φύση μοργυνόμενοι, φύση παρτυπωθέρ, δικη  
δρωμένοι. Quod sequitur in comitatu interiore, aulam peni-  
tiorem significat, id est cubilicum regium, & quod uestia-  
rium uocant, quod aulæ est adytū, nisi ijs qui in cohortem  
amicorum allecti sunt.

Pagina 88. uersu 19.

Athuic non tantum id obtigit, sed etiam ut clarissimorū

uirorum sinu exciperetur.] Huic pro illi dixit more Græcorum, qui demonstratiuo pro relatiuo utuntur. Cæsar lib. primo de Bello Ciiali: Postquam relictam in littore nauem conspexit, hanc remulco abstraxit. Cice, in Philip. ij. Habet hoc omnino Cæsar, quem planè perditum ære alieno egentemq; si eundem nequam hominē audacemq; cognoverat, hunc in familiaritatē libentissime recipiebat. Celsus: Sed de cibo facilior quidē cum ægris ratio est, quorum saepe stomachus hūc respuit. ὃν τῷ πῦροπ δοσόμαχος πελλάκις ἀναινεταί, uel ἀπηλλαγή. Sinus autem hic pro familiaritate & benignitate accipitur, uel pro tutela. Brutus ad Cice. Bibulum noli dimittere è sinu tuo, tantum iam uirum ex quanto, mihi crede, potest euadere, qui uestris paucorum respondeat laudibus. Pro liberalitate et benignitate. Senec. Nō recipit sordidum uirtus amatorē, soluto ad eam sinu ueniendū est.

versu 26.

Cauit' ne fraudi sibi esset à Pōtifice maximo Venetijs restituisse? Id est, ne in dispendiū incideret animorumq; iacturam, infenso ob id Pontifice, quod Romam primo quōque tempore non reuertisset à quo ipse stipendum habebat. Cicero pro Cluen. Multam petiuit, qua lege? quod in legem non iurasset, quæ res nemini unquam fraudi fuit. Et de Divinatione: Est em̄ periculum, ne aut neglectis his rebus diuinis, impia fraude, aut susceptis, ciuili superstitione obligemur. Hoc in loco fraude, pro piaculo ponitur, & quasi pro criminе. Vlpianus de Aedilitio edicto, capitalē fraudē admittere, est tale aliqd delinquere, ppter quod capite puniens sit qui deliquit. Veteres em̄ fraudē pro poena posuerūt. Fraus tamen saepe pro delicto ponitur & piaculo, ut ex superiori exemplo appareat, ut apud Liuium: Qui capitalem fraudem ausi: οἱ ἀξιόπτιτθες χάτης τιμωρίας τετολμηκότες. A Pontifice autem hic dicit, ut Cicero de Oratore: Haec quū Crassius dixisset, parumper & ipse conticuit, & à cæteris silentium fuit, id quod quidem ad cæteros pertinebat. Et Tarentius.

rentius. Nartat' que ut uirgo integra etiam tum siet à se, <sup>αὐτοῦ</sup>  
<sup>τὸ γένεντα.</sup>

Etiam hoc pacisci sustinuit.] Sustinere interdum audere & posse significat. Ouid. Nec iam suspendere fletum sustinet. Celsus: Et qui ample ualetudinarios nutriunt. Et quia singulis summa cura cōsulere non sustinent, ad communia ista confugiunt. Est eī sustinuit, id quod uulgo dicunt, cor & animū ad id inducere tandem potuit, & ei suppeditauit animus. Lucanus in sept. Ut Latiae post se uiuat pars maxima turbæ. Sustinuit dignos etiam tum credere uocis Coelicolas. Seneca. Non sustineo eam deserere cui dedi uitam.

οὐκ ἀπὸ πομείνωμι, Demosthenes, περὶ τεφάνης. τίς γέρες οὐκ ἀγάσσετο τῷρανθρώμεκείνωμ τῇρες ἀρετῆς, διὰ ιχθὺς τὴν χώραμ, ιχθὺς πλὼ πόλιψ ἐκλιπεῖται ὑπέμεναμ ἐν ταῖς τριήρεσ εὑμεάντες ὑπερ τῷ μητὸν κελευόμενορ ποιήσου. De Atheniēsibus loquens tempore belli Persici,

Obhæsit quasi ad Lothophagos.] Id est, in patriam reuerti noluit, ut Vlyxis socij gustato loto, ad naues & socios reuerti nolebant. Lotophagorum meminit Homerus libro ix. Odyss. his uerbis: οὐδὲ δέ σιε λωτοῖο φάγοι μελικέα, καρπόμ, οὐκ εἴ τι παγχῆλαι τάλιρά θελεμούσιδε νεέσθι. Quintil, lib. quinto: Nec aliter amœnioribus locis desidet, quod iij qui tradunt à poëtis gustu cuiusdā apud Lothophagos graminis & Sirenū cantu deliniti, uoluptatem saluti prætulisse.

Pagina 89. uersu 2.

Scripturum enim ad me pollicitus est.] γέρες, uel ἐπιτελεῖται ὑπέρ τοῦ πέριχος. Cicero in Verr. Quæ in iudicio dicturū esse dicebat φήσει εἴφη. Et in Acade. sine uerbo substantiuo: Quid me inquam censes? Qui philosophiam professus sum populo exhibitum, Vbi illud me, non cum exhibitum iungitur, sed ad uerbum refertur, quod subintelligendū relinquitur. Idem: Ea quæ tu pollicitus es dicturum.

Inire rationem me non quire dictitabam.] Non quire, Versu 10.

pro nequire. Cice. dicere solet. ut de Natura deorum: Deū tamen nihil agentem nō queunt cogitare. Et in Verr. Coniectura aſſequi non queo. Plau. Si nō quibo impetrare, conſiscam lætum. Cic. in Finibus & alibi ſæpe. Et paulopost:

verſu 12.

Cōſcīſcēdē à patria gentilibusq; absentia. ] Cōſcīſcēre eſt ſtatuerē apud ſe, & decernere, ut ſcīſcēre, unde ſcītū di-ctum eſt. Liuius: Quod Senatus Po. Romani Quiritū cen-ſuit, conſenſit, conſciuit, ut bellum cum prīſcis Latinis fie-ret & reliqua. Alibi: Itaq; conſentio conſcīſcoq;. Inde con-ſcīſcēre facinus. Idem: Oppidani cōſcientia ſcelerū facinus in ſe ſuosq; fœdū ac ferū conſcīſcūt, ἐγνώκαστι. Brutus ad Ci-cero. Neq; in columnis fui Cæſare uiuo, niſi poſtquam illud conſciui facinus. Εἰ μὴ μετὰ τὸ ἐκένο διαγνῶναι τὸ ἐγχείρημα: Εἰ μὴ ἐπαδή ἐκένο ἐφθὲλω διεγνωκώς τὸ ἀνθραγάθημα. Simile eſt cō-cipere ſcelus, & concipere cupiditatē Ciceroni in Verrem.

verſu 17.

Noxa deniq; ut aiūt, atq; nexu ſoluto. ] Noxa & inter-dum noxia ſoluti dicuntur, qui ob noxam prius addicti, qui etiam noxae dediti dicebantur, poſtea ea obligatione libera-ti ſunt. Dictum eſt in gloss. de Contemptu. quid ſit noxam admittere, & quid noxae deditus ſignificet. Ohim quū man-cipia uendebant, ſolebant promittere & cauere, & furtis & noxijs eſſe ſolutum. Quia noxia caput ſequitur, hoc eſt do-minum ſerui. Quare in emptorem a ctio transit ſerui nomi-ne qui furtū uel noxiam admisit. Paulus de Euictio: Q uia furtis noxijsq; ſolutum eſſe ſeruū uenditor p ræſtare debet uenditionis tēpore. Pomponius: Si emptor qui ſtipulatus ſit furtis noxijsq; ſolutū eſſe, hæres extiterit is, cui ſeruuſ fur-tum fecerit: incipit is ex ſtipulatu actionem habere. Inde il-lud V arronis in ſecundo de re Rust. In horum autē ſeruo-rum uenditione ſolet accedere peculiū, aut ſi excipietur, ſti-pulatio intercedere ſanū eum eſſe, furtis noxijs ſolutū. Ne-xus & nexum quid ſit in annotationibus dixit Budæus. Ne-xu autē ſolutus eſt, qui quū addictus eſſet creditoribus po-stea ære

stea ære alieno dissoluto ipse nec tibi desijt. Budæus autem uolens significare Longoliū omnibus numeris libertatis præditum esse, ut qui nec liberos nec coniugem in patria haberet, nec munere aut magistratu aut alio autoramēto, id est, salario publico obstrictus esset, noxa & nexus solutum esse dicit. οὐδὲ κλοπῶν ὑποκείμενος, οὐδὲ γροχῶν οὐδὲ ὄλως.

Quum sōnticam causam haberet, tamen uadimonium versu 26.  
obijt.] Sōnticam causam ut sōnticum morbum dixit. Iulianus de re iudicata: Morbus sōnticus inuitis litigatoribus ac iudice diem differt. Sōnticus autem ita existimādus est, qui cuiq; rei agendæ, impedimento est litiganti. Venuleius de Aedilitio edicto: Quoties morbus sōnticus nominat eum significari Cassius ait, qui noceat. Hoc autem uocabulū in uadimonij s præcipue usurpabat, ut patet ex Gellio lib. undevicesimo, ubi sōnticū morbū dupliciter interpretatus est.

Nam etiam uasis non conclamatis? ] Id est nunquid ita abijt ut fallere amicos uoluerit, ac se occulte proripere: Cæsar li. iij. de Bello Ciu. Scipio nostrorū studiū alacritatemq; pugnandi quū cognouisset, suspicatus fore, ut postero die, aut inuitus dimicare cogeretur, aut magna cum infamia in castris se continere, noctu neq; conclamatis quidē uasis flamen transijt. De ijs hoc dicitur, qui hospite, ut aiunt, insalutato abeunt. Exercitu enim castra moturo conclamari solet, ut uasa colligant. Alibi: Vasis militari more cōclamatis, progressus milia &c. hoc Græci ἀναζηγήσκουμαίνεται dicunt, & τῷ αναζηγνώτῳ ἐπίφεγμα.

Licuit manum inījcere præsentī. ] Id est, hominem manu præhendere & proficiscenti obstare. De quo uerbo copiose in annotationibus dixit. Verbū est iuris. Igitur licuit manus inījcere: οὗτοι πρόντοι ἐπιλαμβάνεται, uel ut Herodotus καθάπτανται.

Pagina 90, uersu 4.

Vnde tibi frontem iuris huius usurpandi. ] Oratio est de

fectiua. Iuuen. Vnde tibi frontem libertatemq; parentis,  
Quū facias peiora senex: Martial. Quò tibi decoctæ nobis  
le frigus aquæ: Sic Esaiæ primo: Quò mihi multitudinē ui-  
ctimarum uestrarū: Dicit dominus. Plenus sum, id est, quē  
ad usum poscere me putatis. In frōte sedes est pudoris. Hic  
autem Budæus intelligi uoluit, qua ratione, quo pacto fron-  
tem eousq; perfricabis, ut cum amico summo iure agere su-  
stineas: Vsurpare ius, frequens fuit locutio apud antiquos,  
ut alibi dictum est. Liuius lib. vii. Secund. bell. Punici. Præ-  
tor nō exoletis uetustate annalium exemplis stare ius, sed  
recentissimæ cuiuscq; cōsuetudinis usu uolebat, nec patrum  
nec auorum memoria dialem quenquam id ius usurpasse,  
hoc est, eo iure esse usum tanquam suo. ουδεπωποτε ἐφθη πον  
τῷ τῷ διακαίῳ χρησάμενος καὶ ἐξαστία.

versu 6.

Noli de tuo more decedere, ut in alienos mores immi-  
gres.] Id est, mores mutare. Cice. in Verr. Nonne hoc iu-  
dicant, tantas esse iniurias, ut multò maluerint de suo more  
decedere, quām de tuis morib; non dicere: Sic decedere  
instituto suo, apud Liuum: id est, aliter agere atq; ipse soli-  
tus est. τὸ προσερέματος ἐξίσαλπ. τὸ ὑπὸ τηδεύματος ἐξίσαλπ τὸ  
τῆλος. Migrare ex ingenio suo plus est q; decedere de more  
suo: quia qui migrat non habet animum reuertendi. Sic  
redire ad ingenium, est reuolui ad mores suos. Terent. in A-  
delph. Si sperat fore clam, rursus ad ingenium redit.

versu 15.

Non minus illum quidem ubiuis gentium in ære tuo fu-  
turum.] Cic. libro decimotertio Episto. Et me hercule sic  
in animo semper habui te in meo ære esse, id est, in censu  
meo, hoc est inter amicos meos, ut alibi dictū est. Quidē,  
autem coniunctio hoc loco congruit, ut apud Cic. in Bru.  
Dicebant pro se oratotes, non illi quidē principes, sed ora-  
tores tamen. οὐχ ὅντοι γε δὴ πρωτεύοντες.

versu 20.

Tuumq; inusitata tibi frugalitate seruare.] Suum serua-  
re est κομιζεῖς τὸ ἔαυλοῦ δίκαιορ. id est, auferre quod suum  
sit;

sit quod nihil deperdere est. Verbum est iurisconsultis usita  
tum, ut alibi dictum est. Frugil homo est, qui administran-  
dæ rei Oeconomicæ & familiaris peritus est. ὁ ἀριθμὸς δικαιο-  
τῶν μηνος, ἀκριβής τὰ πόδια τὴν διατάξην. ὁ έυσαλής ηγετής, ὁ φέρμος  
μηνος. Varie enim à Græcis appellatur. Dici etiam potest, ὁ  
τῆς δικονομίας κατορθωτικός.

Quod autem sequitur. Ad idq; actionem ut pro socio, sic  
pro amico intendere.] Nomē est actionis pro socio, quas o-  
cius socio bonam fidem agnoscere in commune cogitur.

In bonum utiq; & æquum honestumq; conciperetur. ]  
Papinianus de Sepul. uiolato: Dixi eum recte ea actione  
experiri quæ in bonum & æquum concepta est. id est, qua  
actione qui experitur, ita intendere petitionē potest, ut non  
ultra petatquām quod præstari & æquū & bonum est. De  
quo uerbo alibi dictum est. In bonum igitur & honestum  
conciperetur, id est, ἐπὶ τῷ επιεικῷ πειθώ καλῷ τόδε τό γε  
κλημα, ἢ πειθώντο. Iudiciumq; nō ultra id haberet, quām  
quantum facere amicus posset. Id est, quām quantum ami-  
cus posset efficere commode. Facere enim iudicatum, est  
quod iudex pronunciauit, soluere: ut alibi dictū est. Hic au-  
tem alludit ad ambiguam faciendi significationem. Vlpia-  
nus, de Re iudicata: Sunt qui in id quod facere possunt con-  
ueniuntur, & quidem sunt ī ferè qui pro socio conueniun-  
tur. Socium autem omnium bonorum accipimus.

Sed si hac aut alia actione non utare, non rei modo ipsa,  
sed etiam hominis persequutoria, tanquam mancipij tui fu-  
erit. ] Persequi est agere & experiri ad ius suum obtinen-  
dum. Et persequutio est actio, licet Vlpian, dicat persequu-  
tiones esse extraordinarias, ut fidei cōmissorum, in tracta-  
tu de Verborū significatione. Idem em̄ alibi: Hoc uerbū,  
inquit, debuit, omnem omnino actionem in compræhendere  
intelligitur, siue ciuilis, siue honoraria, siue fidei commissa-  
ria fuit persequutio. Persequi in hoc significatu, Græce ἐπε-

versu 23.

k 2

xiēv& dicitur, ut opinor, apud Oratores. Nam in Pandecta rum compendio ἐκδικήπ appellatur. Actiones autem quædam rei persequutoriæ sunt, & quædam in personā, & quædam pœnales, ut inquit Iustinianus in titulo de Actionib. Rei persequēdæ causa cōparatæ sunt actiones, quæ in rem appellantur: quibus scilicet rem aliquam ut nostram vindicamus. Hic igitur, si egeris actione pro amico, nō tantum ut rem tuam serues, sed etiam ut amicum, uideberis hominem sic vindicare, ut non liberum, tanquam in dominiū tuum quodammodo transferit, id est, uidebere herili autoritate & iure cum amico agere. Mancipium hic non κτημα & ἀνθράπος, hoc est seruum, sed κτησίς, id est, dominiū iusq; possidendi significat, ut ex annotationibus Budæi intelligere quiuis potest.

Quod autē post parenthesin subiunxit: Sed si hac aut alia act. ] Oratio est mutata, ut fieri sæpe solet, post lōgiuscum parenthesim. Exordium enim est quasi nouæ sententiæ, cuius rei multa sunt apud Ciceronem exempla, ut pro Milo. Utinam dīj immortales fecissent (pace tua patria dixerim, metuo enim ne scelerate dicam in te, quod pro Milone dicam pie) Utinam P. Clodius non modo uiueret, sed etiam Prætor, Consul, Dictator esset. & in quarto Tuscul. Quando autem & alijs locis de uirtute diximus, & sæpe dicendum erit (plærascq; enim quæstiones, quæ ad uitam mortisq; pertinent, à uirtutis fonte ducunt) quando igitur uirtus est affectio constans conueniensq; &c.

**Verſu 31.** Tanquam ex syngrapha cum homine tibi clariss. egisse ad operarum præstationē. ] Translatio est ab operis libertis impositis in manumissione. Vlpianus de Operis libertorum: Fabriles operæ cæteræq; quæ quasi in pecuniæ præstatione cōsistunt, ad hæredem extraneum transeunt; Officiales uero non transeunt. Idem: Libertus qui post inductionē operarū impeditur, quo minus operas præstet, nō tenetur. Proinde

Proinde hic me tibi cōsultum amicitiae ingeram, me eīm *Versu ult.*  
 multis in rebus consultorē tibi poscis.] Cōsultus est ἐξηγε-  
 της, id est interpres, & responsitare solitus. Quintilianus in  
 septimo. Scripti & uoluntatis frequentissima inter consul-  
 tos quæstio est. Consultus igitur amicitiae est prudens iuris  
 sodalitij, & ad amicitiam pertinentis. Cicero pro Cecinna:  
 De C. Aquilio, qui ita iustus et bonus vir est, ut natura non  
 disciplina consultus esse uideatur. Consultum pro pruden-  
 ti & iuris æquitatisq; perito accepit. Sic consultissimum re-  
 ctorem Columel, dixit. Consultor est qui consulitur, quasi  
 cōsultus. Idem Cicero in secūdo de Natura Deorū: Ipsius  
 uero mundi, qui omnia complexu suo cohercet, natura nō  
 artificiosa solum, sed planè artifex ab eodem Zenone dici-  
 tur, consultrix & prouida utilitatum omnium. Cōsultricem  
 quasi consultā dicit & prudentem. Varro de Re Rust. Opi-  
 nor, inquam non solum quod dicitur, malum consiliū con-  
 sultori esse pessimum, sed etiam bonū consilium ei qui con-  
 sulit, & qui consulitur bonum habendum. Hoc in loco con-  
 sultor uter sit qui cōsulit, an qui consulitur, ex Hesiodi lib.  
 primo in Ergis intelligendum datur. Vnde illud sumptum  
 est prouerbium. οὐδὲ κακὴ βολὴ τῷ βολένσιν κακίσῃ. Gellius  
 etiam libro quarto huius prouerbiū apud Romanos peruu-  
 gati rationem atq; exemplum tradidit. Est ergo consultor  
 βολευτικός, ut Cic. cōsultricē naturam dixit, quasi solerter.  
 βολευτικήρ, ἐπινοητικήρ.

Pagina 19. uersu. 3.

Quod sequitur: Litem hanc tu dirimas. ] Significat: Li-  
 tem hanc dissoluas aut decidas, ut Dirimere societatem Ci-  
 cero de Offi. Hi dirimunt humani generis societatem. Dirimere  
 controuersiam Cice. in terc. de Offic. Quo magis re-  
 prehendendos Caliphonē & Dinomachum iudico, qui se  
 dirempturos controuersiā putauerunt, si cum honestate uo-  
 luptatē, tanquā cum homine pecudē copulauissent, id est,  
 ad concordiam inter se contendentes philosophos adductu-

k 3

rum, hoc est, διαλύσθη, διακόψεη, διείρξη τὸν ἀγῶνα ἢ τὴν ἀμετέτησιν ὄντος.

Pagina 91. uersu 4.

Tota persequitione cadas.] Sic dicit, ut Causa cadere, id est in lite in iudicium deducta uinci. Cicero ad Trebatium: quod si scribere oblitus es, minus multi iam te aduocato causa cadēt. De quo uerbo in annotationibus dictū est. Sequit: sua(ut dixi) huius iudicij formula est & peculiaris] id est, huius actionis pro socio & amico propria est formula, ut paulò superius diximus, hoc est in æquū honestum & cōcepta. Plinius lib. xxij. Decet & Erythraonas suus nitor absoluta & nigritia. Cice, de Offi. Quæ contemplantes expendere oportet, quid quisque habeat sui, eadem & modera-ri; nec uelle experiri, quām se aliena deceant. Id enim maxi- me quenque decet, quod est suum cuiusque maxime.

Versu penult.

In ordinem & cogere translatitiae uitæ, in patria proposi- tæ.] Hoc est, ita cohibere animi fiduciam, effingere sibi for- tunam cupientis ut in classe sua acquiesceret, atque ut unus quiuis uitam agere apud nos pulchrū sibi esse duceret. Co- gere in ordinem est inter plebeios adnumerare, hoc est ἐγ- κένειν τοῖς τυχοῦσιν. Ἐγκαταλέγειν τοῖς πλλοῖς. Et ἐγκειτο, in ordinē redactus, hoc est unus & pluribus. τοῖς τῷ πλλῷ. Pri- scianus tamen ἐγκύκλιον πιᾶ à Græcis dici scripsit, id quod Latini in ordinem redigere uocant. Dicuntur & τοῖς τυ- χοῦσιν ἀνταγμένοι, in ordinem coacti. Contra πρόκειτο & ἐκκειτο eximij.

Pagina 29. uersu 7.

Quasi & peregrinationē liberam ut postularet.] Sic pe- regrinationem liberam dixit, ut libera legatio dicitur, quæ priuatæ rei causa mandatur, ut ipse Budæus in alteris An- notationibus docuit. D. Brutus ad M. Brutum & Cassiū: Placitum est mihi ut postularem liberam legationem mihi reliquisque nostris, ut aliqua causa proficisci honesta quæ- rere. Libera legatio est ἀνωθενδυνος, ἀπεγίληπτος πειρή ἀπε- σιός 1506,

quasi nullo tempore uel loco circumscripta, nullis rationibus reddendis obnoxia.

versu 18.

Feci etiam de industria ut ostenderem. ] Id est consultò insuper ostendi me haud ægre adduci posse. Qui modus loquendi Ciceronì propè peculiaris est propter frequentem usum, ut pro Cluen. Hoc loco faciendum mihi iudices est, ut uobis illa quibus Albius condemnatus est criminam expōnam. Idem alibi. Quod gladiatores faciunt, ut honeste decumbant, & nos faciamus. Quintil. in præfatione quarti libri: Nemo miratur poëtas maximos sæpe fecisse, ut initij operum suorum Musas inuocarent.

Vt id uelut pignus esse ducerem manentis eum honoris. ] Id est signum certum & ueluti fidem datam à prouidentia honoratioris cuiusdā fortunæ, qua ille ornandus erat tandem, ἀσφάλισμα. Curtius lib. viij. Grates ago, habeoq; nō solum eo nomine, quod hodie salutē meam uestræ præponitis, sed quod à primordijs belli nullum erga me benevolentiae pignus atq; indicium omisisti. Tacitus libro xix. Sedem Iouis Maximi, auspicato à maioribus pignus imperij conditam, furore principū excindi, hoc est, τις τοῦ κράτους δεδομένω. Sic Cice. in Philip. xiij. Festinat animus ut quamprimum pignus illud libertatis Populi Romani D. Brutum aspicere possim. ἐφ' ὃ ἐκένο ἀυτίκα δὴ μάλα ιδεῖμ τὸ τῆς ἐλευθερίας τις δὲ τὸ μῆτηρ. uel ἐπὶ τῷ ἀυτίκα ιδεῖμ ἐκένο τὸ τῆς ἐλευθερίας ἐχέγγυο μᾶσφάλισμα. At in Philip. xiij. Magnis & multis pignoribus lepidum Resp. obligatum tenet. Pignora quasi ἐνέχυσα dixit, hoc est, fidei retinacula translatione à fœneratoribus ducta. Rursus quū ibidem uitam, ἕδονα, fortunas que pignora iniuriæ appellat, significat, οἰονετὰ ἐγκεχυρασμένα τῇ τύχῃ ισχὺ ὑπόχρεω κτήματα. hoc est tanquam pignori oppositas fortunæ, quæ fortuna pignerari semper potest.

In rerum actu summo. ] Summum actum rerū, uocat pri

versu ult.

mam Reipub. administrationem, summam in aula potentia  
atq; autoritatem. Actus est histrionum, actus est institoris  
in cap. primo de institoria actione in Pādectis. Actus est di-  
spēsatoris. Paulus: Dispensatori qui ab Actu ignorantē de-  
bitore remotus est, recte soluitur. Actus etiam est procura-  
toris publici, & actoris appellatur in Tract. Quod cuiusc;  
uniuersitatis nomine, in ijsdem Pand. Tranq. xxx. amplius  
dies, qui honorarijs ludis occupabātur. Actui rerū accom-  
modauit, & Plin. itidem in Epist.

**Versu 29.** Operamq; inuicem condixisse, ad summuendos ē co-  
mitatu homines. ] Id est, ex cōpacto operā dare certatim.  
Condicere est duorum aut plurium inuicem denunciantiū  
aliquid, quod συγκροτᾶν Græce dicit. Ut alio loco diximus.  
Iustinus: Ptolemaeus & Cassander & cæteri factionis eius  
duces, quū carpi se singulos ab Antigono uiderent, per epi-  
stolas inuicē se confirmātes, locū tempusq; coēundi condi-  
cunt σωτίσεντα. Interdum condicere unius est, ut condice  
re cœnam, de quo alibi diximus. & apud Plinium in præfa-  
tione: Quū hanc operam condicerem, nō eras in hoc albo,  
ὅτε ἐπαγγελάμηπ τὸν δικανικὴν γαστιῶν.

Página 93. uersu 3.

In regiam insinuarant. ] Insinuare in aulam, est in sinum  
atq; in Aulæ penetralia ingredi. Sed interdum cum accus-  
dicitur, ut apud Cice, in Lælio: Callidus ille & occultus af-  
fentator, ne se insinuet studiose cauendum est. οὐδὲ προσαγά-  
γε. Et in Tuscul. Et si Zeno aduena quidam & ignobilis  
uerborum opifex, insinuasse se in antiquam philosophiam ui-  
detur. ἐγκολπίσαι, uel ἐγκατοικίσαι ἐαυτὸν ἐοικερ. Aliquando  
sine accusatio, ubi tamē subintelligi uideſt, ut in multis uer-  
bis, ut obire mortem, & obire absolute, defungi uita, & de-  
fungi absolute. Idem: His muneribus, tandem insinuauit in  
familiaritatē Prætoris. Et in secund. de Orat. Deinde ut in  
ijs locis quos proponam perueluatur animus, ut penitus in  
sinuet

sinuet causam, ut sit cura & cogitatione intentus, diligentia est. Id est, ut interiora causæ perspiciat per noscat  $\tau\delta\phi\sigma\delta\nu\kappa.$

Qui consilij sui rationem subduxisse in summam conse  
ctandæ claritatis nominis præ se ferebat.] Summa est quæ  
è multis singulis colligitur, κεφάλαιον à Græcis dicit, ut Iso-  
crates : κεφάλαιον δὲ τῶν εἰρημένων. Summa autem eorū quæ  
dicta sunt. Summa etiam est caput cuiuscum rei aut incepti,  
ut κεφάλαιον τοῦ λόγου caput & cardo, & summa quæstio, &  
firmamentum. Summa ergo est, τὸ σύμπλοκόν singula re= referuntur. Quintil. libro primo: Maiora tamen aliqua di- scet puer eo ipso anno quo minora didicisset. Hoc per sin- gulos annos prorogatum in summam proficit, id est, eam di- cendi facultatem, quam adolescenti aut iuueni comparare uolumus, & ad eum finem quem animo destinauimus. Sic paulo inferius: An Philippus Macedonum Rex Alexandro filio suo prima literarum elementa tradi ab Aristotele sum- mo eius ætatis Philosopho uoluisset, aut ille suscepisset hoc officiū, si non studiorum initia à perfectissimo quocumque opti- me tractari, & pertinere ad summam credidisset? Ad sum- mam doctrinæ & eruditionis intelligo, quam filio destina- uerat esse querendam literarum studio. Singula enim do- cumenta eo referuntur. Budæus autem alludit, & ad sum- mam collectæ rationis, & ad summam instituti & propositi Longoliani, qui consilij sui rationem subduxisse in summā cōflectandæ claritatis nominis præ se ferebat. οσδκ ουτω συλ λελογίας πρενεδείκνυτο, ὡς διώξοντες τὸ λαμπρόν τῆς εὐδοξίας, καὶ τὸ ευδοκιμοῦ τοῦ ὄνοματος τοῖς έισανθίσας πρεχμώσωμεν.

Interdum palam laudant more fascinantium.] Id est, ita maleuole atque liuide laudant, ut noceant, non prosint. Plin. lib. viii. In eadem Africa familias quasdam effascinantiū Isi- gonius & Memphodus tradunt. Quarum laudatione in- tereant probata, arescant arbores, emoriantur infantes. Fa- scinare enim est etiam inuidere, atque oculis improbis ini-

quis que intueri, hoc est βασικάνει.

Pagina 94. uersu 5.

Contestatione edita.] Contestari est testari, id est testes palam ciere. Cice. in Verrem: Deos hominesq; cōtestatus. Testatum etiam Cicero appellat, quod literis mandatū est: Idem sāpē numero consignatū etiam dicit, ut de Diuinatiōne: Quem enim non moueat clarissimis monumentis testata cōsignataq; autoritas? Quod pro Flacco contestatum dixit. Contestatione edita igitur, id est, libro aliquo edito in quo beneficia amici agnitus est, palamq; testaturus. Informatam autem dicit, formis æneis exaratam.

Versu 11.

Aliumq; calculum parem eiusdemq; candoris.] Calculū pro homine posuit eiusdem probitatis. Calculos enim ducimus in ratione ineunda; & subducimus, quū summam colligimus. Loquitur enim de ratione ad nomina facienda instituta, non ut fœneratores soliti sunt, qui locupletia nomina copiosaq; cōsectātur: sed ut viri boni & studiosi, qui proba nonīma candidaç; exquirūt, quibus emerendis rationes suas irēant, expensaç; ferant, aut accepta referant, prout ius amicitiae poscit, & rerum, temporum, facultatumq; ratio tulit. Qui autem hæc & huiuscemodi alia planè intelligere uelit, meminisse semper oportet, suscepitæ in quaç; sententia translationis. Solet enim Budæus semel susceptā eò per ferre quò pertinere potest, si sequacem naturam ductilemq; materiam nactus sit. Cuius instituti Cicero Latinis parens fuit. Hic autē Budæus cum Ruzæo iocatur, quasi gaudeat ipse æmulum è medio faceuisse.

Versu 22.

Ita quem ante non pœnitiebat, quantum istius amicitiae cultu, autoritatē meam auxissem.] Id est, ita fit, ut quū antehac amplum mihi esse ducerem inter amicos tuos censem, nunc propè pudendā mihi istam sortem esse putem, quū in secundam iam notam amicoū me retuleris. οὐτέ μέγα προτοῦ φρονῶμεπίσοι, ὅμηπίτη Θελία δεραπέυωμειτέλεσα,

Ἐντω δέ που μοι ἐις ἀξίων ἐπιδιδόντων, νῦν καὶ χρυνομαι. &c.  
Cic. de Oratore, de orationibus suis loquens: Quæ qualia-  
cunq; sunt in me (me enim non pœnitet quanta sint) sed ap-  
parent in orationibus de figuris loquēs. Et de Offi. Tandiu  
autem uelle debebis quoad te quantum proficias, non pœ-  
nitebit. Et pro Planco: Vide q; me uerbi tui pœnitet, id est,  
q; mihi hoc tuum uerbum non satis facit. Ipse ad Atticum li-  
bro iij. utraq; significatione uno loco usus est. Nam & illū  
furoris, hunc nostrum copiarum suppœnitet, de Pompeio  
& Cæsare loquens: Pompeius, inquit, intelligit copias suas  
paulo exiliores esse, quare pacis conditiones nequaquam  
repudiaturus est.

In secundum classem amicorum ad te esse cōtributum.] Id est attributum, ascriptum. Plin. lib. iij. de citeriore His-  
pania loquens: Accedunt insulæ, quarum mentione sepo-  
sita præter ciuitates cōtributas alijs, prouincia ipsa. ccxcij.  
continet oppida, id est, προστελλόμενας, προσκυμμάτιας, προσνε-  
κτήματας. Dicitur hoc etiam attribuo. Vnde attributa pe-  
cunia. De qua dictione in annotationibus dictum est, ἀπο-  
πλαγμάτα.

Me hominem non uidisse, discrucior animi.] Discru- Versu 24.  
tior animi, pro animo dicit more antiquo. Plau. discrucior  
animi, quia ab domo abeundū est mihi. Idem in Epidico:  
Despiebam mentis quum illas scriptas mittebam tibi. Ci-  
cero in Tuscul. lib. iiij. Cui miseriæ proximus est is, qui ap-  
propinquans aliquod malum metuit, exanimatusq; pendet  
animi. Diomed. Discrucior, inquit, animi, animū et animo,  
ut arrectus sum animum & animi: diues agrorum & agris.  
Liuius de Manlio: Nimirum animi. Idē: Tot populos inter  
spem metumq; suspensos animi habetis. Idem: Multos sibi  
mœstiores & abiectiones animi uisos. μᾶλλον τὸ φρόνημα  
καταβεβλημένος.

Pagina 95. uersu 4.

Fatebor hanc rem mihi ad incitos rediisse. ] Plautus in Poenulo: Tace modo, profecto ad incitas lenonē rediget, si eas abduxerit: quin potius disperibit faxo, quam unam calcem ciuerit. Alludere uidet ad calculos ciendos. Et in Trium. Hem nunc hic cuius est ager, ut ad incitas redactus? Isidorus lib. xvij. Calculi, inquit, partim ordine mouentur, partim uage: qui uero moueri omnino nō possunt, inciti dicuntur, unde et egentes homines inciti uocant, quibus spes ultra procedendi non est. Hac de causa dicebat Budæus ad incitos genere masculino dici posse. Nonius tamen ad incitas legit. Fortasse incitæ lineæ dictæ sunt, unde cieri calculi non poterant.

versu. 12.

Intemperias cieam magistralis. ] Id est, Si Theologiæ magistros Louanienses denuo incitauero in eum, quibus uix nunc par esse potest, ipsis inquam eorumq; auxilijs: qui bus uerbis significantur obrectatores Erasmi aliarū etiam disciplinarum studiosi. Quos uniuersos, multos esse centuriarum uocabulum significat. Plautus in Aulul. Nescio pol quæ illhunc intemperias tenet: per uigilat noctes totas. Idē: Laruæ hunc atq; intemperias, insaniaeç agitant senem, hoc est, μανιαστέσιρ δισηλαπτίται δ κακοδάμωρ. Vulgo dira insania aut dæmonijs stimulis agitari homines iracunde moros dicunt; antiqui intemperias uocabant, quasi malefica quædam numina. Cato de Iustratione agri: V astitudinem, calamitates, intemperiasç prohibessis, defendas aurum, æscq;.

Pagina 96. uersu 1.

Nisi ingenium geniumq; huiuscmodi circunferret, ueluti diploma quoddam tuti pacatiq; commeatus. ] Hoc est nisi quocunq; se contulit, ingenij præstantia & doctrinæ meritò gratiā statim iniret, gratiosusq; apud exteris esset. quæ commendatio quū ad omnes ualeat, fit ut diplomatis instar sit homini peragratori. Quo diplomate tutus est ubiq; quasi πρός

πρὸς ἀποσταγὴν πόνθως ἔχωμ. & inter socios fœderatosq; incedens. Qui huiuscemodi diploma impetraverant, ab antiquis fide publica uenire dicebantur. Liuius. Amynander fide accepta uenerat in castra Romana. Idem: Quos nominatim Philopœmen depoposcerat, ipsi se ituros, fide accepta à legatis uim abfuturam donec causam dixissent. Salustius: Post ubi fide publica dicere iussus est omnia uti gesta erant aperit. Sic Cic. in Piso. Hospitem tuum fide tua Thesaloniam uenire iussisti, hoc Græci ωισά διδόνου dicunt, ut Xenophon & πίσαις διδόνου, ut Isocrates. ωισά autem ἔχει dicunt qui pignus huiuscemodi fidei acceperunt.

Qui hominem te bona ex parte productum.] Id est πρὸς Versu 6.  
 χέντα, hoc est in medium adductum, & ex umbratili uita eductū publiceç ostensum. Plinius libro septimo. Valeria Emboliaria reducta est in scenā ludis pro salute Diui Augusti uotiuīs, annum centesimum quartū agens, quæ producēta fuerat tyrocinio à Marco Pōpeio Aedili Plebis. In de producere reos Quintilianus libro sexto. Non solū autem dicēdo, sed etiam faciendo quædam lachrymas mouemus. Vnde & producere ipsos qui periclitentur squalidos atq; deformes, & liberos eorū ac parentes institutum, οὐδεὶς οὐκέ τοὺς κινδυνεύοντας πρᾶξισταλλούς αὐχμῶντας ἐπιτετήδευται, & τούς τε οὐκέ τοὺς γονεῖς αυτῷ οὐκέ τὰ τέκνα. Qui autem sine deductore innotescunt, & ipsi se producunt, proferre se discuntur. Plinius Iunior: Proferunt se ingenia, & ostentant. Quintilianus libro duodecimo, de Tyrocinij tempore loquens: Modus mihi uidetur quidē tenendus, ut necq; præpropere distringatur immatura frons, & quicquid est illud, adhuc acerbum proferatur προαγωγέψη. Est etiam producere quod Græci προαγωγέψη dicunt, hoc est prostituere. Unde perductores, licet perductores apud Asconiū etiam dicantur, nisi exempla sint mendosa.

In medio spatio insistere causa tua postules,] Translatio Versu 7.

est à cursoribus, aut curuli certamie equos agitantibus, qui medio spatio cursum coptum abrumpunt, speiçp spectantium frustrant, qui sponsiones faciunt, aut qui studiosi sunt eorum victoriæ. Insistere autem est εφίσαθι, hoc est resistere ut Terentius loqui solet. Cicero in Orat. Sæpe accidit ut aut citius insistendum sit, aut longius procedendum. Idem: Insistit autem ambitus modis pluribus, id est desinit & clauditur. Et in Finibus: Quæ quū dixisset paululum ip̄s institisset, quid est, inquit.

Quod sequitur. Primitias honoris in manu tua ponet:] Significat, quum primum honorem adeptus fuerit sua industria, tibi acceptum honorem referet.

**Versu 16:** Si cætera non facile superiorem, ] Id est, ut ingenio meliorem, sic diligentia & studio uix superiorem futurum. Cicero in primo de Natura Deorū, de Simonide loquēs: Nō scilicet enim poëta suavis, uerum etiam cætera doctus sapiens ip̄s traditur. Martialis: Visceribus bonus est, cætera uile sapit. Figura est Græca.

### Pagina 97. uersu 1.

Quum ante ipse ab illis translatitas esse duxisse. ] Olim inquit, existimabā, eos qui breuitatem in epistolis de coram & accommodatam esse censem (atq; ideo tanquam legem de compendio epistolarum tulerunt statuētes eos, qui epistolas scribunt, breuitate uti debere) hoc antiquorum autoritate fretos dicere, eamq; legem ex antiquorū præceptis accepisse. Nunc autem aliter opior, atq; ideo illam legē arrogandam esse censeo. Sacrosanctæ leges cur dicant in annotationibus ab ipso explanatum est. Translatitiæ autem leges dicunt, quæ aliunde translatæ sunt. Cicero ad Atticum lib. iij. Alterum caput est translatiū de impunitate. Si quid contra alias leges eius legis ergo erogatum sit. In Præt, aut Vrba, translatiū eductū dixit. Hoc autem Budæus dicere videtur propter epistolas Ciceronis ad Q. fratre & ad Atticum

cum & quasdam Platonis, quæ longe absunt à breuitate.

Iusti loco exiliij esset.] Id est perinde haberetur, ac si ex- versu 17.  
ulare iussus essem ab eo loco, in quo sollicitudines moero-  
res, angores &c contrahuntur. Allusit autem ad uerba prisca:  
Liuius: libro sexto Secun. belli Puni. Priusquam dies comi-  
tiorum aderat, Caius Fuluius exulatum Tarquinios abiit:  
id ei iustum exilium esse sciuit plebs, id est, Plebiscito cōsti-  
tutū est, ut quod sponte Tarquinios cōcesserat, animo uer-  
tendi solum, id ei plenum esset exilium.

Quibus tanquam depositarijs curarū uti possem.] De- versu 22.  
positarius est custos depositi, uel susceptor depositarum re-  
rum. Depositarios igitur curarum appellat amicos fideles,  
quibus curæ concreduntur, ut partem earum ferant & ami-  
cum subleuent.

Nam ægritudinum, inquit nolle. ] Alludit ad deponen-  
di significationem ancipitem: Nolle, inquit, penes uos  
ut curas, sic etiā ægritudines animi & mœstitiæ deponere,  
ita ut me ægritudinibus liberando, ihs ego uos implicarem.

Quas in hunc annum concepi.] Concipiuntur feriæ, versu 25.  
hoc est, suscipiuntur, ut concipitur facinus. Conceptiæ fe- De fr̄ris r̄ceptiis lege var.  
riæ sunt, inquit Macrobius, quæ quotānis à magistratibus  
uel sacerdotibus suscipiuntur in dies uel certos, uel etiā in-  
certos, differt à statuīs & imperatiuīs. Offerre autem se de-  
posito dicitur, qui ultro deponi apud se poscit. Vlpian. Sæ-  
pe euenit ut res depositæ uel nūmī periculo sint eius, apud  
quem deponuntur, ut puta, si hoc nominatim conuenisset,  
sed & si quis deposito se obtulit. Idem Julianus scribit peri-  
culo se depositi illigasse. Offerre se deposito sic dicitur, ut  
offerre se liti.

Neç em iudicra aut triobolaris sponsio.] Sponsio hic versu 29.  
non est nomen actionis, sed pactum significat, quo promit-  
tens se obstringit. Verba enim stipulationū sunt spondes:  
spondeo, ut uerbi gratia; Si in urbem ego rediero, illuc &c

domicilium retulero, spōdes te curarum bonam partem accepturum, quae me inuasuræ sunt simul ac rediero, si apud te deponere paratus sim: Tuo eīm periculo res agetur. Hæc sunt uerba stipulantis, id est, percunctantis: Quibus si ille respondeat, spondeo: contracta est obligatio. Sed hæc sponsio, inquit, re promissorem idoneum & locupletem poscit, à quo stipulator ego idoneè mihi caueam: res est enim non trioboli, sed in ea rationum mearū summa agitur. Vulgus dicere solet, quæstionem non esse trium obolorum, quū seriam rem & animaduertendam agi significare uolunt. Volo igitur mihi responderi tantam mihi esse in urbe uacuitatem curarum, quanta est in Marliano.

Pagina 98. uersu 1.

Atqui dedisset mihi Deus capit is firmitatē, quando Asclepiadæ nequeunt, haud erat quod angerer. ] Asclepiadæ dicti sunt ab Aesculapio genus ducentes, id est, τὸ ἀσκληπιαδὲς ἄπογονοι, ut autor est Eusebius in tertio de Præparat. Euange. Et Asclepiades medicus fuit clarissimus, cuius meminit Pliuius libro septimo & lib. xxv. & alibi. Vnde ἀσκληπιαδῶν τὰς δές à Græcis dicuntur medici. Gal. meminit in primo Terapeutices.

Haud erat. ] Id est, causa non erat cur angerer. Cicero in Tert. Tusculā. q. Quod si nos tales natura genuisset, ut eam ipsam perspicere, eadēc̄ optima duce cursum uitæ cōficerem possemus, haud erat sanè quod quisquam rationē ac doctrinam requireret.

Atqui dedisset mihi Deus. ] Id est, profectò si mihi dedisset. Plinius in Epistolis: Dedisses huic par animo corpus, fecisset quod optabat.

Quoniā uero quæ nobis desunt, plærunc̄ desideramus: ideo desiderari dicūtur quæcunq̄ nobis desunt, etiam si nō requirant. Cicero in Catone maiore: Nec curia uires meas desiderat, non rostra, non amici, nō clientes, id est, οὐκ ὕπαρξε πίλησ

Ἐλπίς σαρποδεῖ τιμὴν ἡχῶν θουλή.

Aut in Palatinum ergastulum ascribi præclarum.] In Pa  
latinum ergastulū ascribi uocat, inter eos adoptari, quibus  
muneris obeūdi, aut officij, aut functionis cuiusuis necessi-  
tas in foro Palatino incumbit. Qui quasi uincti ut ergastula  
rū patrimonia faciunt.

Quantum uectigal lucratui temporis atq; æquanimita-  
tis, hac ex officina ocij percipiām.] Vectigal interdū pro  
redditu, id est προσός ponitur, ut quodam in loco Cicero:  
Nescis quantum sit uectigal parsimonia. οσος πρέπει μόδη φα-  
δω. Idem in ult. Parad. Non esse cupidum, pecunia est; nō  
esse emacē, uectigal est. In hac igitur officina ocij literarij  
atq; securæ mentis magnum prouētum redditumq; habeo.  
In lucro enim pono temporis parsimoniam, & ægritudinū  
uacuitatem, id est, æquanimitatem. Animus enim æquus,  
est εὐγνωμοσύνη, ægro animo oppositus est.

Adde quod capitale hanc noxam ab eaq; enatam ægri-  
tudinem, ipsa mihi Philologia carminibus excantat ad id ac  
commodat: s.] His uerbis significat capitis grauedinē, quæ  
interdum quū est uehementior, mœstitiam parit, leniri reci-  
tatione carminum. Capitalis noxa est crimen capitale. Hic  
capitale dolorem dicit, significare uolēs morbum impro-  
bum & enecantem, ut Cicero capitale hominem uocat  
suppicio capititis dignum. Noxam concipere, & noxā con-  
trahere, & noxam capere autores dicunt, morbū signifi-  
cantes. Excantare autem est carmine obligatum alio carmine  
liberare & soluere, uel ægrum carmine sanare. Sic apud Pli-  
nium libro decimo octavo, Fruges excantare, & malū car-  
men incantare legitur. Cato: Luxum, si quod est ut excan-  
tes, hac ratione sanum fiet, id est, si membrum luxatū. Hoc  
etiam Græci ἐξάσθι dicunt, quod est ψυχτίωρ τῷ ἐπάσθι.

Fugitiuum animum repræhendere, aut curiose emansi-  
tantem.] Emansitare est militū, qui ob id emansores dicun-

tur, ut alibi dictum est. Emansio minus est delictum deser-  
tione. Sicut fugitiui detiores sunt erronibus. Fugitiui ue-  
ro reprehendi dicuntur: & qui id profitebantur ut artificiū,  
fugitiuarij dicebant, ut Budæus in annotationibus docuit.  
Curtius libro quarto: Repræhēsosq; ex fuga Persas pugna-  
turos, quia fugere non possent. Tranq. Obsides quosdam  
clam præmissos deserto repente conuicio inseguutus cum  
equitatu ueluti profugos & reprehensos in catenis redu-  
xit. αναλημμένοις. Cicero in Verr. retractos uocat. ut Salu-  
stius: Ceparius (nanq; is pauloante ex fuga retractus erat)  
Terentio traditur.

versu 23.

Quid homine te futurum est, studiorum alumno affiniū  
philosophiæ. ] Cice. in Verr. Quid te futurū est: quo confu-  
gies. Plaut. Responde, tuo quid factū est pallio. Sed de hoc  
copiose alibi dictum. Studia affinia philosophiæ sunt bonæ  
literæ quarum finis ad quæstum non pertinet, & quæ uiam  
ad philosophiam muniunt. Affinis est propinquus & uici-  
nus, ut apud Ciceronem pro Planc. Affines huius suspicio-  
nis fuisse dicuntur. Et alibi: Affinis sceleri, id est consciens-  
tia alligatus.

versu 30.

Quod uelut Epodion intercalare oīib; rhythmis suc-  
cinere solitus sum. ] Intercalares uersus, inquit Seruius, uo-  
cantur, qui frequenter in poēmate interponuntur, ut apud  
Vergilium: Ducite ab urbe domum mea carmina ducite  
Daphnū. In rhythmicis autem lusiunculis quas Balladas  
nostrī uocant, sunt huiuscmodi clausulæ sæpius repetitæ,  
quos uelut refractus lingua uernacula uocant. Quare quū  
significare uolūt quempiam ad mentionē alicuius rei iden-  
tidem reuolui, aiūt: hic est balladæ tuæ refractus, hoc est tu-  
terio aut quarto quoque uerbo huius rei meminisse soles.  
Epodion autē est quod odæ accinīt: quemadmodū Ephy-  
mion est quod hymno succinitur: uulgo Versiculum uo-  
cant, τὸν μυωτὸν παραδόμενον, eo modo quo Epimythion dicit,  
quod

quod fabulæ adnectitur quasi appendix.

Pagina 99. uersu 17.

Quæ studia decoquere creditoribus solēt. ] Id est spem  
destituere eorum qui in ipsis rationum suarū summam col-  
locant, credentes uitæ sibi subsidia inde suppeditatura; de  
quo uerbo in secundis annotationis differuit Budæus.

Quod autem sequitur. Quanquam nihil tam semper ijs  
credidi, quām nihil deperire ijs, qui in dies in horasq; copio  
siores fiant, hunc habet sensum: Quanquam mihi hæc stu-  
dia decoquere ut creditori nequeunt; quū enim & impen-  
dia multa in ijs fecerim, & ætatem florentem contriuerim,  
non tamen unquam futurū arbitratus sum, ut foenerato re-  
diret, quod meis facultatibus decedebat tanto tempore. Qua-  
renihil his studijs usq; adeò credidi, quām nihil mihi ijsq; de-  
perire, aut operæ impēsæ, aut pecuniæ, qui quotidie doctio-  
res ad uitamq; liberaliter agendum instructiores fiunt. Cre-  
dere est mutuo dare: & credere est persuaderi. Utroque au-  
tem modo credere hic accipitur. Credidit igitur studio lite-  
rarum iacturam nullam eos facere qui doctrinam quotidie  
sibi quærunt. Hoc enim hominum sapientium monumen-  
ta testantur, & literæ ipsæ promittunt.

Initiationis arbiter. ] Arbitros initiationis appellat quos  
compatres uulgo uocant. Lustricus dies olim appellabatur  
autore Macrobio libro primo Saturnaliorum, quo pueri lu-  
strabantur & nomen accipiebant. Tranquil. in Claudio:  
Eiusdē futuræ infelicitatis signū euidēs die lustrico extitit,

Pagina 100. uersu 8.

Tractatusq; cessura. ] Id est, quorū difficultas tractatu uin-  
ci posse uidebat. Trāslatio est à rebus durioribus, quæ con-  
tractatu molliunt, & subigunt. Sic morbus cedit remedij  
apud Celsum quādo uincitur & percurat. Cice. ad Mariū:  
Pudori tamen malui famæq; cedere, q; salutis meæ rationē  
ducere, id est obſistere nolui; passus sum me uinci.

Pagina 101.versu 2.

Ecce autem tu nunc à me contendis.] Hæc particula, autem, indignabundo & stomachanti ob rem nec opinatam accommodari solet. Terentius in Eunicho: Ego non tangam meam: Chr. tuam autē furcifer: & in Adelp. Egó ne autē debacchatus sum in te: Alibi in eadem: Id' ne estis autores mihi: Esch. Fac: promisi ego illis. Mi. Promisisti autem: De te largitor puer. Plaut. Sum' ne autē nihil, qui nequeo animo moderari meo:

versu 9.

Ex commētarijs meis circumscripsi.] Circumscribere interdum tollere est & expungere. Cicero in Verr. Itaq; uno genere, opinor, circumscribere habens in animo genus hoc aratorū, id est, tollere et reiçere eos testes ut uobis iniquos. Et in Finib. Circumscriptis igitur ihs sententijs quas posui, relinquitur &c. hoc etiam circunduco dicitur.

Pagina 102.versu 6.

Causaç ista cecideris, utpote qui non re tantū, sed etiam tempore plus te petere nō animaduertisti.] Justinianus in quarto Instit. iuris: Si quis agens, inquit, in intentione sua plus complexus fuerat quam ad eum pertinebat, causa cedebat: plus autem, inquit, quatuor modis petitur, re, tempore, loco, & causa.

Pagina 103.versu 22.

Diligo iam Badium de typis Græcis ab eo è Germania curatis.] Curare typos è Germania, est afferendos curare. Cicero ad Atticum: L. Cintio, HS. D C. constitui me curatum Idibus Februarij. Alibi: Cinti, HS. c c c c. pro signis Megaricis, ut scripseras curauī. ἐπογισάμω.

versu 19.

Tametsi eos poenituisse oportet.] Verba sunt coniçientis. Plaut. Filiam me hanc esse oportet Grippe. Gr. Sit per me quidem. Sic in hoc loco: Tametsi poenituisse eos existimo, uel nimirum eos poenituit, hoc est parum eis constat ratio laboris. οὐδὲ τοι γέ μέλλεσι πονηραὶ γαρ ξαυτοῖς σωκόδεις τῆς δαιπορίας τάυτης.

Pagina

Pagina 104. uersu 6.

Atq; etiam ore me et digitis magnifice inferre, ac proferre in publicum.] Id est, & prædicare me nobilem, & in dignis insigne nobilitatis gestare. Annuli eñ olim (ut inquit Plinius) alterū ordinem à plebe distinxere: Sicut tunica ab annulis senatum. Cice, pro Cecin. Versabatur quotidie in his rationibus auctionis & partitionis, atq; etiam se ipse inferebat & intrò dabat.

Pagina 105. uersu 1.

Munere hoc ueluti commonefactorio, torpentis iam & inertis admonuisti amicitiae.] Commonefactorium sic dicitur ut olfactorium, seclusorium, repositorium, & similia, quæ interdum diminutive formantur, quia sunt substatiua, non adiectiuæ: ut olfactoriolum.

Literariam facientium in disciplinisq; negotiantiū cum Versu 17.  
secessu.] Literariam facere, pro literarum studium colere  
& profiteri dixit, eo modo quo argentariam facere, & na-  
uiculariam facere Cicero in Verr. scripsit, & ad Leptā scri-  
beus: Erat, inquit, in lege, eos qui facerent præconium ue-  
tari esse decuriones. Ibidem aruspicinam facere dixit, ut  
Græci ἐγγάρους χρυσούς, dicunt.

Pagina 106. uersu 24.

Vt adiurares me per eam necessitudinē.] Adiurare hic  
est obtestari quasi per numen aliquod necessitudinis. Adu-  
rare etiā est iure iurando obstringere, hoc est, ἐξορῶσαι, quod  
& ἐξορίζειν dicitur, Quale est illud apud Cice, pro Cluen.  
Interea per deos immortales à legibus non recedamus. Et  
pro Mure. Nolite per deos immortales. Græci enim ὄρκος,  
id est, iussurandū huiusmodi obtestationem appellant. Vn-  
de adiurari dæmones dicuntur. Lactan. libro quarto: Illi eñ  
spiritus nequissimi ubi adiurantur, ibi se dæmonas confiten-  
tur. Idem: Celeriter excedet de suo uate Apollo, & adiura-  
to fugatoq; deo suo uates in perpetuum conticescet. Ante

eum etiam Cyprianus usus erat ad Demetrianum scribens. Cicero adiurare, pro iurare & deierare dixit ad Petum scribens. ut Tranquil. Adiurauit si cuiusquam neptum suarum competeret aetas, oblaturum se fuisse eam. Iustinus: Ptolemaeus in auditis ultimisq; execrationibus adiurat se sincere sororis matrimonium petere. Adiurare etiā dici proprie potest ἐπομόσασθ. Id est dictum aut testimoniuū iurerando affirmare. Obtestari uero ferè ab antiquis pro eo dicit, quod adiurare Budæus dixit. Liuius: Po. Romanus ad preces, & obtestationem uersus est, ut sibi poenam magistri equitum Dictator remitteret. Sic Terentius in Andr. Quod ego te per hanc dextram oro & ingenium tuum per tuam fidem, perq; eius solitudinem te obtestor. Quo in loco Donatus: Obtestatio, inquit, dicitur quum eum adiuramus quem rogamus, Adiurare uerbo usus ut hic Budæus. Sic apud Vergiliū est obtestatio in quarto: Me ne fugiss? Per ego has lachrymas dextramq; tuam te Per connubia nostra &c. Demosth. Καὶ ἀφόβου. ἵκετέω, ἀνέβολῶ πρὸς θεῶν, πρὸς γαμικῶν πρὸς τὴν ὄντων ἀγαθῶν ὑμῖν. Adigere etiam est θέορησμα. ut Liuius lib. septimo: Dictator quū tumultus Gallici causa iustitium edixisset, omnes iuniores sacramento adegit. Et adigere in uerba apud Pliniū in Paneg. Tacitus in xvij. Imminere Narbonensi prouinciae in uerba Vitelliū adacta.

Pagina 107. uersu 7.

Iis qui in conscientiam assumpti sunt earum rerum, quas ille mihi saepe perficere adnixus est. ] Id est, quos participes esse uolui consiliorum & consciens. Tacitus lib. xij. Assumptis in conscientiam Othone & Claudio Senecione, adolescentulis decoris. Cicero in Finib. Ut hominum conscientia remota, nihil tam turpe sit, quod non uoluptatis causa videatur esse facturus. id est, si existimaret rem ab hominibus sciri non posse.

Ex

Ex Attiliano uestro scripsit primum literas semilatinas, *versu 22.*  
 deinde mira quadam uoluptate legendis scriptis meis affe-  
 ctum se fuisse.] Attilianum præditum est in Attilio uico.  
 Quod autem primum Budæus, & deinde, nec tertius mem-  
 brū addidit: uidereſ uitiosum, niſi autoritate defenderetur  
 Ciceronis, in oratione pro Sylla his uerbis: In quo primū il-  
 lud erat absurdū, quod cum mea & reliqua. Et paulo post,  
 Deinde alterū iam oratoris uitiū, non uidere quid quæque  
 causa postulet. nec tertius addidit. Et pro Cluen. Primum ut  
 id iniquissimum esse confitear, huiusmodi est, ut cōmutatis  
 eis opus sit legibus, nō ut ijs quæ sunt nō pareamus. Dein-  
 de quis unquā Senator hoc accusauit: Quibus in locis, pri-  
 mum pro ἀυτίκα δὴ ponitur, ἀυτίκα γέ τοι, id est principio uel  
 iamprimum. Sicut apud Demosthenem in nobili illa ora-  
 tione pro Ctesiphonte in procœmio. πρῶτη μὲν ἐνδέρεις ἀ-  
 διωδοῖ. Cui subiicit ἔπειτα, id est deinde & nihil præterea.

Pagina 108. uersu 26.

Quam ipse præcipiti iam adolescentia nondū ingressus  
 eram.] In euntem ætatem appellat adolescētiæ principium.  
 Præcipitem aut̄ adolescentiam annum secundū & uicesimū  
 fortasse, aut maiorem ætatem. Vnaquæc̄ em̄ ætas tria habet  
 momenta, principium quasi florem: medium, id est, uigo-  
 rem: & præcipitiū, id est, desinentiam. Prima pars uiridis, id  
 est, immatura: secunda adulta: tercia præceps. Meminit Ser-  
 vius in lib. quintū Aeneidos, enarrās illū uersum: Euryalus  
 forma insigni, uiridiq; iuuēta. Simile est de Charone in se-  
 xto. Sed cruda deo uiridisq; senectus. A Græcis tractū, qui  
 ὡμογένουτας uocant in prima iam senectute existentes, hoc  
 est, ἀνδρας ἕδη προθεσκότας τῇ οὐλικίᾳ. Præceps uero senectus  
 dicitur ætas iam decrepita. Curtius libro quinto: Ego cæte-  
 ris latus, hoc uno torqueor, quod præcipiti senectute diu  
 frui tua bonitate nō possum. Nonagesimum & quintū an-  
 num agebat, Cæs. lib. tertio de bello ciuili. Multi iam mēses

transierant, & hyems iam præcipitauerat, neq; Brundusio naues legionesq; ad Cæsarem ueniebant, id est uer iam appetebat. Tacitus libro undecimo: At Messalina nunquā solutior luxu, adulto autumno simulacrum uindemiæ per domum celebrat. ἀκμάζοντος φθινοπώρου. Præcipiti uero dicuntur θυμακότος.

Quod autem sequitur. Libentius nihil faciam, quām uos in hoc cursu studij adhortabor. ] Simile est illi Cice, loco pro Cluen. Quod si fieri posse existimasset, nihil fecisset libentius, q; omnem illam acerbitatem proscriptionis suæ quaestus in ueteres iudices, in hanc unam quaestione obtulisset.

Pagina 110. uersu 20.

Ausim enim me dicere ad extrema usq; exempla urgentis sese contentionis processisse ] Id est, maxima contentione, sibiq; maxime instanti literis studuisse. Exemplum est quod aliquādo fuit. Tacitus: Omnia quæ nūc uetustissima creduntur, noua fuere: inuerascet hoc quoq;, & quod hodie exemplis tuemur, inter exempla erit. Plinius lib. xxviiij. Sunt inter exempla qui asinīnū lac bibendo liberati sunt podagra chiragrāue, id est, sunt qui aliquādo liberati sunt. In de illud Cice, de Senect. Exemplo nullo aliquid facere, id est, aliquid nouum facere & inauditum.

Pagina 111. uersu 25.

Officij identidem appellari, apparitore etiam patre tuo. ] Apparitores sunt ministri, qui ad omnes nutus præsto sunt regibus. Apparitores etiam magistratuū sunt uiatores, qui homines in ius uocant. Græci κλῆσης uocant. Hi etiā quiam homines in iudicio sistunt, statores dicti sunt. Cicero ad Caninium: Literas à te stator mihi tuus reddidit Tarsi. Idem alibi: Existimauit tamē esse faciendum, ut ad testatores meos & lictores cum literis mittere. Apparitore igitur patre tuo, id est, me quasi in ius uocante. Appellamus enim nomia, id est, debitores per apparitores, qui in ius ire iubēt.

Pagina

## Pagina 112. uersu ultimo.

Anticipatione quadam sensus communis.] Id est, sensu ante annos iustos ueniente. Est autem anticipatio, quam Græci πρόληψις, quasi præsumptionem uocant, hoc est diei anteuertentem actionem aut functionem. Inde anticipatio nes dictæ à Cicerone in pri. de Natu. deorum. Informatio nes quædam rerum in animis hominum enatae sine doctrina: Quæ est enim gens, inquit, aut quod genus hominum, quod nō habeat anticipationem quandam Deorum, quam appellat Epicurus prolepsim, id est, antecceptam animo rei quandam informationem. Idem: Quod ita sit anticipatum mentibus nostris, ut homini quū Deum cogitet, forma o c currat humana.

## Pagina 113. uersu 22.

Quasi quidam buccarum folles.] Alludit ad illud Saty rici: Tunc immēsa caui spirant mendacia folles. Buccis em sic animam ducimus distendendo & cōtrahendo, ut aēr admittitur follibus, & emittitur.

## Pagina 114. uersu 15.

Deinde etiam ob id offensionem denunciātem.] Id est, se offensum iri à me, iureç paterni imperij usurum in me. Cæsar: Quū neç pollicitationibus, neç denunciatione periculi permouere posset, oppugnare institit. Est enim denunciare minari. Plinius ad Priscum: Quanquam quid denunciationibus & quasi minis ago.

## Pagina 115. uersu 7.

Non in Aſſe hæreditatis meæ, qui ex uicia paterna enatus est.] Significat se cum duodecimo cohærede patris hæ redem fuisse.

Lucina huius partus non Iouis coniuge, sed filia.] Si gnificat se non diuītarū potentiaeç cupiditate adductum, id opus de Aſſe commentatum esse & emississe, sed literarū amore, illustrādæç ea parte linguae Latinæ studio elaboras

versu 10.

se. In eius operis compositione, inquit, non Iunonis numine, sed Palladis afflatus eram, et instinctus. Lucina Iuno est quæ parturientibus adest, quæ eadem est Luna, autore Macrobius libro ultimo Satur. Lucina, inquit, à parturientibus ideo inuocatur, quia proprium eius munus est distendere rimas corporis & meatibus uiam dare, quod in partu accelerando salutare est. id quod Plato in Theæteto tradidit: ἀρτεμισίδης λοχόθυτα τήρη λοχείαρχείλικχε. Diana, inquit, quā puerpera non fuerit, puerorum numen sortita est. Quo in dialogo, Plato multus est in hac pariēdi significatione, translatione cę̄ ducta à partu fœminino ad partus uiriles, à partitione cę̄ corporea ad partitionem mentis. Iuno autem ἡ πάσης ἀρχῆς θωματικῆς προσατῆ, ut inquit Lucia. Meminit Ouidius in sexto Fastorum.

**Versus 17.** Non illo quidē foriniegociantium cę̄ præside, sed strenue in schola ociantum. ] Mercurius apud Græcos multa habet cognomina: inter alia est ἐμπολάμος ἐρμῆς νοεὶς γορδόμος, quasi negociator & circunforaneus, qui & κερδῶος dicitur, quasi lucrorum conciliator & compendiarius, quæstorius = ue & quæstuarus. Plaut. in Poenu. Ecquid amare uideor? Mil. Damnum quod Mercurius minime amat. Verba sunt serui ad adolescētem amatorem. Apud eundem mercatores Mercurio gratias agunt quum bene rem gesserunt. Lucia = nus in Timone ὁ ζεῦ τεργάσιε, οὐεὶς ερμῆς κερδῶε, τώδεψ χρυσίος τοσοῦτος. Etiam Mercurius λόγιος studiorum & eloquen = tiæ præses, qui à uiris studiosis colebat. Idem in Pseudolo. οὐακόν οὐακώς σε διλόγιος ερμῆς ἐπιτρίψεψ αυτοῖς λόγοις. Hic filius est Maiæ, id est mentis & prudentiæ, ex qua sermonis elegantia oritur. Mæa autem est obstetrix Græce ab inquisitione & indagatione dicta. Quod eò pertinet, quod supra de partu dictum est, & ex Platonis dialogo supradicto melius intelligitur, Apud Philostratū libro quinto, Mercurius scientiam, quam ipse σοφία uocat, sui cultoribus distribuit.

Strenue

Strenue autem & actuose ociari, est acris studio commentari; hoc est δρασκείως τε ιρεύνειν καὶ χολάζειν. Is igitur Mercurius amplifier est nominis & insignium animi, id est, ingenij & doctrinæ, quibus homines insignire solent gentem suam & familiam. Alludit enim ad insignia gentilitia.

Pagina 117. uersu 10.

Omnia penè reliqua quæ hoc nomine traxi, dissoluisset planè & expunxissem. ] Reliqua sunt quæ ex ratione redita restant: uel ex annua præstatione aut menstrua fœneratitia, aut alia. Cicero ad Atti. Maxime autem me angit ratio reliquorū meorum. Vlpianus de Administ. Tutorum. Lucius Titius curator Caij Seij tempore curæ fundū Cornelianum locauit Sempronio, qui Sempronius reliqua traxit. Reliqua trahere pro reliquari dixit: ut paulo inferius Paulus respondit, non ex eo quod adultus eum qui prædia eius coluit, procuratorem habere uoluit, debitum quod ex conductione reliquatus est agnouisse eum uideri. De hoc uerbo Budæus in annotationibus scripsit. Quod uero sequitur: Paria cum rationibus tuis faciam, est in secundis annotationibus.

Is cum singulari ing. ] Nec hoc loco Budæus, nec aliibi Laurentio Vallensi assensus est, de particulis his, cum & tum; quas Laurentius lib. ij. sub diuersis modis iungi posse negauit, duoq; Ciceronis loca contra fidem exemplarium emendanda cōfirmauit. Idq; Budæus de hoc interrogatus aiebat, ideo se facere, primū quod in exordio orationis pro Deiotaro sensum longe aptiorem & elegatiorem esse existimabat, si (tum multa me perturbāt) legeretur, quam si, tandem. Deinde alijs id autoritatibus plane confirmari nō dubitabat, qualis est illa ex oratione eiusdem Cice, pro domo sua ad Pontifi. Sed quū me uobis purgatum esse cuperem: tum etiam uestra in me attente audiendo benignitas prouexit orationem meam. & de Arusp. reponsis: Sic em, inquit,

Versu 27.

sentio: ius legatorum cum hominum præsidio munitum sit:  
 tum etiam diuino iure esse uallatum . Sunt etiam quædam  
 alia loca in eiusdem Budæi epistolis , ex quibus à Laurens-  
 tio dissensisse in paucis intelligitur: cum aliâs hominis iudi-  
 cium, diligentiam admirari solitus sit, ut quidem fuit eius se-  
 culum; nunc enim omnia penè omnibus nota paulo studio  
 sioribus. Laurent. scripsit illam locutionem, Soluendo sum,  
 non posse ita efferrî ut ei substantiuū addatur : quare adhuc  
 ambigi datiuus sit an ablatiuus, quū Liui. scribat : Si Resp.  
 soluendo æri alieno esset, & quæ restinguendo igni forent:  
 & alij autores itidem usi sint , ut alibi adnotauimus : Quo-  
 rum autoritatem Budæus sequutus simili locutione uti nō  
 dubitauit. Laurentius enim, ut dicebat Budæus, religione  
 nimia stylum eloquentiæ alligauit, ut libro tertio: Credo, in  
 quit , fuisse tibi fidelis proprie dicitur. per accusatiuum ue-  
 ro non nisi alterum accusatiuum addas: ut spero me tibi esse  
 bonum amicum. hæc Lauren. capite. xxij. Cicero tamen ali-  
 ter pro Quintio : Ne ut par quidem sit postulat, inferiorem  
 esse patitur. Cæsar: Tenuem sectamini prædam quibus li-  
 cet esse fortunatissimos . Curtius : Ad nostra arma, ad ue-  
 stras manus configio: inuitis uobis saluum esse nolo. Ibidē  
 Lauren. aut cap. proximo: Illud, inquit, Plinianum lib. septi-  
 mo, non mihi placet : Salue primus omnium parens patriæ  
 appellate. Id Budæus contendebat sic recte legi, more eī  
 Græcorum enunciatum esse dicebat, ut apud Synesium ὁ  
 μεγαλοπρεπέστερος, ἡ μετ' ὀλίγων σὺ μόνος δικαιώει καλούμε-  
 νε, ὁ magnificentissime solus, aut cum paucis solus ipse meri-  
 Versu 28. to appellate. Xenophon: Ἡ μηδιῶσιν ὁ πρεσβυτατος.

Tum est etiam in illa acrimoniae officina ita politus.]  
 Acrimoniae officinam Budæus dicebat uocare se aulicā di-  
 sciplinam. Homines eī ibi educati, si ingenio præditi sint,  
 acutiores in dies fiunt, ut qui per omnes numeros simulatio-  
 nis, dissimulantia, solertia & uigilantia instituantur. Cice-  
 ro pro

ro pro Roscio Amer. Si domus hæc habenda est potius ḡ  
officina nequitiae, & diuersorum flagitorum omnium.

Omnis ut flexus & prehensiunculas hominum, supplan-  
tandiq; artificia nouerit.] Numeros omnis eluctando-  
rum nexum. Translatio est à luctatoribus. Quū enim au-  
la sit diuersorum impostorum, inuicemq; hominum insidi-  
antium, utpote quū junius euersio, sit alterius uotū, alter al-  
terū loco & gradu dimoueri atq; etiā deturbari semper ex-  
optat; id quod fieri sine multiplici artificio nequit, & prout  
alter alteri ansam sui deīciendi sternendicq; incautius præ-  
buerit. Prehensiones sunt in lucta quas Græci λαβάς uocāt  
& ἀνθλαβάς. Flexus sunt quos Græci λυγισμούς uocāt, hoc  
est, καμπάς, elusiones luctæ quæ flexu corporis fiunt qua-  
si eluctationes. Nexus sunt prehensiones ualidiores. Quin-  
tilianus libro secundo: Sicut ille exercendi corpora peri-  
tus, non si docendum Pancratiasten suscepere, pugno fe-  
rire uel calce tantum, aut nexus modo atq; in his certos ali-  
quos docebit, sed omnia quæ sunt eius certaminis.

Pagina 119. uersu 15.

Certum est mihi pignus quoddam tibi dare haud impar  
ipsi fidei.] Id est documentum & argumentum idoneum,  
quo tu credas, alijq; adduci ad credendum debeant. id est,  
ἀξιόπιστος ἀσφάλισμα. Curtius: Nullum erga me beneuo-  
lentiæ pignus atq; indicium omisiſſis.

Pagina 125. uersu 18.

Nisi quū lautioribus mensis (quod non libens facio) nu-  
merum parasitorum augeo.] Id est, quū ad opipara con-  
uiuia principum hominū & primorum inuitus trahor, aut  
non admodum libens. Parasitos hic ioculariter dixit, quan-  
quam hoc uerbum apud uetusſiſſimos honestum fuit. Pa-  
rasitiq; uocabant comites, sodalesq; pontificū & magistra-  
tuū, ut docet Athenæus lib. sexto. Solon sic eos appellauit,  
qui in Prytaneo publico uictu epulabant, autore Plutarch.

## Pagina 126. uersu 5.

*Alternare.*

Non uices conuiuasq; alternes ciuili frugalitate.] Id est, non alternis conuiueris, & domi solus prandeas: & uicis sim amicos uoces, nō multos simul adhibeas. ὅγε μὴ έξαλλάτ τερπ τοὺς ἐσιωμένους εἰωθασ, μήτ' ἀνναλλάξει τὸν ιδεῖν οὐδὲ μή. Vel sic, οὐ μὴ δέ θέται αμοιβῇς τοὺς φίλους μήτ' ὡσαράξημεραρέας ἐσιώμενος. Plinius libro septimo: Alij aliaeq; fœminas tantum generant, aut matres plæruncq; alternant. ἔμεινε στιρ, φύλακῆς τοι.

*Sodalitia**Versu 7.*

Quasi legibus sumptuarijs sodalitiorumq; solutus.] Sodalitia olim uetita fuerunt lege Licinia, ut Budæus dixit in alteris annotationibus.

*Sic sum.**Versu 8.*

Sic uero sum omnino.] Id est, hoc sum ingenio, his moribus sum præditus. Terent. in Andria: Sic Crito est hic. Et in Phor. Sic sum, si placet utere. Et Cicero de Orat. usus est pro οὐτω πέφυκα, οὐτως ἔχω dicitur, & ita sum. Plaut. Ita in genium meum est, inimicos osa sum semper. Terentius. in Adelphis: Ita uita est hominū quasi quum ludas tesseris, id est talis est.

*Versu 9.**Cœna dubia*

At tu conuiuia exerces iam dubia.] Dubiæ cœnæ dicuntur opiparæ. Hor. Vides ut pallidus annis Cœna desurgat dubia. Dubia autem dicebatur cœna, ut Plautus quodā loco, in qua tu dubites, quid potissimum sumas. Huiuscemodi fuerūt Adijciales & Saliares cœnæ dictæ, quæ & Pontificales dictæ sunt Macrobius teste. Iocat̄ autem Budæus in ambigua significatione dubiæ cœnæ, atq; adijcialis. Corollarium est enim additamentū quod iuste mercedi pactæq; adiicitur. Et adijcialis cœna in qua multa extra ordinem ultraq; iusta fercula adijciuntur.

*Versu 22.**Corollarium  
Adijcialis*

Quum interim ego fame abuti in bubula, ueruecina, uitulinaq; gaudeam.] Abuti fame pro consumere famem dixit, significans non suū sed aliorum sensum atq; opinionē. Qui em̄ delicatis cibis assueuerunt, rusticos esse epulatores existimant atque imperitos, qui se uulgaribus cibis satient, quū

quum lautiorum copiam habere possint, idque eorum sensu aestimatum. Abuti cibi appetentia, est appetitum in cibis plenis aut sordidis consumere, & ut Graeci dicunt ἀμπερονάς λαθειται. Abuti etiam pro consumere dici potest, ut Graeci καταχθωσι dicunt. Ponit & pro uti aliter quam natura comparatum est, etiam si citra indecorum & culpam. Cicero de Nat. Deorum: Nos elephantorum acutissimis sensibus, nos canum sagacitate ad utilitatem nostram abutimur. Vitulina autem & ueruecina pro carne uituli & ueruecis ponuntur. Plaut. Venit ad Macellum, rogito pisces, indicant caros, agninem caram, caram bubulam, cetum, porcinam, cara omnia.

Opsodædalu[m] que opificij. ] Quemadmodum longodædali dicti sunt, qui sermonis concinnitate uermiculata utuntur, sic opsodædali appellati sunt, ferculorum distinctores, esculentorum descriptione ac uarietate comminiscenda nobiles: qualis fuit Apicius ille opsologus, id est, artis culinariæ popinariæ scriptor.

Pagina 127. uersu 1.

Religionis me implere uoluisti, ] Religionis implere, est uel diuini numinis offensi metu, uel pietatis affectu perfundere. Livius lib. v. ab Urbe condita: Ipse legatorum nomen donumque & deum cui mitteretur, donique causam ueritus, multitudinem quoque quæ semper ferme regenti est similis, religionis iustæ impleuit, adductosque in publicum hospitium legatos Delphos prosecutus est. Aliquando religionis implere idem est quod obstringere religione. Hoc est agentem uetare atque interpellare scrupulo iniesto metuque uolatæ pietatis: ut Cicero in secunda Philip. de obnunciatione loquens. Religionis implere est δεσμὸν μονίας ἀνάπλεω τῷ σεβεῖσι πρόπλεω ἀπόγατας.

Vel obstupuit, occuluit ad istas uestras lautitias mensæ. ] Id est, αὐκαθίτωσις. Stupere dicuntur & torpere quæ sen-

*Abuti*

*Versu 30.*  
*Opsodædali*

Stupidi  
Occalescere.

Catechumeni

Catechesis

Soluendo esse.

Valla carpi

Lances

sus expertia sunt. Quod ad mentem transfertur interdū. Vn de stupidi dicuntur, qui intellectus hebetis sunt. Occalescere dicuntur partes, quæ obdurescunt, hoc est τὰ τετυλωμένα περὶ ἀπεσκιζωμένα, ut callosa genua, & pedū uestigia, quæ sensum ægre percipiunt.

Versu 17

Hic annuam catechesim tanquam in uestibulo philosophiae facio.] Catechumeni dicuntur nondum initiati, sed qui adhuc imbuuntur elementis religionis, nondum ad sacra spectanda introducti, idç κατήχησις appellatur. Grægorius, ἔως οὗ κατήχουμενος, ἐμ προδύσοις οὗ τῇ εὐσεβείᾳ οὐσω γενέσθη σὲ δῆ, τῷ αὐλακῷ διαβλῶμ, τὰ ἄγια καταπένευσαι. Sic Catechumeni ante baptismum dicuntur. Quare catechesis dici debet, quod annū probationis uocāt, de deuotis loquentes. Sunt enim adhuc tanquam in uestibulo, nondū ad admitti admissi, quo profanis aditus non est.

Et paulo post. Ut experiar & probem, ecquid tolerādæ esse possit abstinentiæ animus.] Huiusmodi sermo usitatus est apud priscos. Liuius: Satis fretus tolerando certamini legatum esse. Cice. In coniectura igitur quum est inficiando reus, accusatori hæc duo prima sunt. Liuius rursus: Talia orantes æqua orare, sc̄p̄ relatuos ad Scipionem Tribuni responderunt, & P. Scipionem Proconsulem Deum benignitate & Remp. esse gratiæ referendæ. Celsus: Aliud est emplastrū eodem nomine, quod puri quoq̄ mouendo est. Ex quibus exemplis apparent Laurentium libro primo non recte dixisse, quū soluendo non est dicimus: dubiū esse ab latiuus an datiuus casus sit, soluendo.

Pagina 128. uersu 11.

Huc adde maiorum lancium accessiones.] Lances sunt uasa mensaria grandiora. Plinius libro. xxxiiij. Lances è centenariis libris argenti tunc super quingentas numero Romæ fuisse constat. Iuuenalis Sat. quinta: Aspice quam longo distendat pectore lancem, Quæ fertur domino squilla, & quibus undiq̄

bus undicis septa Asparagis. Accessiones igitur sunt, uel appendices maiorum ferculorum. Catini interiecti quos uulgo intermissus uocat. Lactes sunt quas lacteias lingua ueruacula uocat. Alia saccharata est, quam frumentaceam dicimus. Intrita apud Celsum ijs datur, qui panem non esitant: Cibus est tritus in mortario, fit ex amygdalis & ptisanæ cremore. Pulticulae etiam & pultes, interdum liquidæ, interdum crassæ fiunt ex oryza & auena pista, delicatores è nuce pinea.

*Accessiones*

Argumentacij omnia splendidiorum regiarumq; mensa rum, longo ordine extructa.] Id est materiam descriptio nemq; hoc est digestionem ferculorum & seriem. Quintilianus in quinto: Quo appareat omnem ad scribendum materiam destinatam argumentum appellari: nec mirum, quod inter artifices quoq; uulgatum sit. Vnde Vergil. Argumentum ingens, uulgoq; numerosius opus dicitur argumentum. Cicero in Verrem: Ex ebore diligentissime perfecta argumenta in ualuis erant. Ea detrahenda curauit omnia. Argumenta pro descriptis rerum simulachris personisq; & sculpturæ serie posuit. Tranquillus: Inter Pyrricharū argumenta, taurus Pasyphaen in ligneo iuuencæ simulachro abditam inicit.

*Versu 16.**Argumenta*

Opsodædalorum mancipes artem præcipue nunc uendant.] Id est, primarij popinatores opificijculinarij specimina ostentant.

*Versu 19.**Opsodædali*

Igne eodem aquacj eadem uteret cum amoribus.] Id est, quod contubernio uteret hominis qui summe diligeatur, ab dispensatorum prætorij decurione, qui tunc primas obtinebat in actu summo rerum.

*Versu 21.*

Accensus interioris aulæ, sanctiorisq; cubiculi arcanorū arbiter.] Accensi ministri erant magistratuū, Liui, de Decemviris: Decimo die ius singuli reddebant: eo die collegis nouem singuli accensi apparebant, penes præfectum iuris

*Versu 23.*

fasces. xij. erant. Cicero libro primo ad Quint. Fratrem: Ac census sit eo etiā numero, quo eum maiores nostri esse uo- luerunt, qui hoc non in beneficij loco, sed in laboris ac mu- neris non temere nisi libertis suis deferebant. Hic quoniam plurimū poterat in arcānis Cōsulis aut Proconsulis in pro- uincia efferendis, atq; in imperijs obeundis acerbe aut tem- perate: ideo hic à Budæo dicitur accensus interioris aulæ. Sanctius autem cubiculū uocat ad quod paucis adire licet: Sunt enim duo uel cubicula uel conlaua in prætorio Prin- cipi destinata, cretaq; designata. Est cubiculum salutato- rium, in quo Rex noctu cubitat, ad quod per multis est adi- tus, præsertim matutino. Est alterum penetralius quod ues- tiario attributum est, eaq; appellatione censemur: idq; ijs ho- ris quū p̄nceps aut curando corpori secedit, aut secretū si- bi alias ob causas captat, ijs tantū patet queis ad sacra oper- tanea, ut ita dicam, spectanda initiari maiore fato contigit: cæteris est adyti loco, quod adiri sine piaculo uix possit. In- de oracula petuntur, summa cu;n expectatione atq; religio- ne, efferunturq; interdum flexiloqua, ut illa quondam Del- phica. Quorum unus aut alter ad summum antistites esse so- let: & si plosculi sunt, subantistites, improbe s̄ape & uanilo- quenter cupiditati atq; ambitui eorum imponentes, qui for- tunam sibi fingere in ea ambitionis officina constituerunt. Is autem quem Budæus significat Arcturus fuit ab Amba- sia Prætorij præfectus, ac summus dispēsator Regiæ: Fran- cisco Regi dilectissimus, cuius placita ferè pro potestate ar- bitratus est, ita ut in Aula mire popularis esset propter mo- rum probitatem.

*Versu 29.* Eo ipsum esse loco numeroq; apud principem, uel nu- meris potius omnibus ita exemptum.] Alludit ad signifi- cationem huius dictionis numerus: Cicero in Verr. Expo- nam quid hominis sit, ut istius nequitiam, qui eum secū ha- buit, eo præsertim numero & loco, cognoscatis. Et in loco supradicto,

supradicto. Accēsus sit eo etiam numero quo maiores esse uoluerunt, id est, ea existimatione & eo honore uel gradu potētiæ. Inde loco nullo numerare. Idem in Finibus: Idç Socratē, qui uoluptatē nullo loco numerat, audio dicentē: ἐπ μηδὲν ὑπολόγῳ τίθεται. ἐπ οὐδὲν λόγῳ τίθεται. Exemptus uero numero est eximius egregiusç ἐξαρχος, ἐπίλεκτος.

Pagina 129. uersu 4.

Nullum non genus scitamenti culinarij.] Scitamentum est quod Græci κόμφευμα ιψή δάσιμα uocant, uelut ad uerbum respondeat, σόφισμα. Idest, scitum & artificiosum commentum. Gelli. lib. xvij. ὅμοιοτέλευτα ιψή τάξιστα ιψή ὁμοιόπτωτα, cæteraç huiusmodi scitamenta. Pro hoc Lucianus κομφεύματα dixit. Macrobius libro. vij. Satur. Quod genus apud popinatores pleraç scitamentorum cernimus proposita, ampliora specie quam corpore. Analogia habere potest ab æramento & ferramento & similibus.

Pagina 130. uersu 3.

Quod cibis ipsum parabilibus melius quam structoris egentibus peragitur.] Parabile est quod Græci ωργιμορ & ἐνπόρισορ dicunt, id est, obuium & facile comparabile. Cicero in Finibus: At sapientia locupletat ipsa natura, cuius diuitias parabiles Epicurus esse docuit. Curt. in quinto: Tenaces quippe disciplinæ tuæ, solitosç parco ac parabili uscitu ad implenda naturæ desideria defungi, in peregrina & euictarum gentium mala impulerat. Seneca: Placet cibus parabilis facilisç, non ante multos paratus dies.

Prætextum helluationis arripiamus.] Helluatio est ueracitas. Cicero pro domo sua: Si n̄ est tum aliquid actum, cur ille gurges helluatus tecum simul sanguinem Reip. ad cœlum tum extruxit uillam in Tusculano, uisceribus ærarij? Et pro P. Sextio: Quid tu meo periculo gurges ac uerago patrimonij helluabare? Est enim helluari per luxum consumere apud Ciceronem, hoc est, λαφύωμ, καταπινεῖρ.

Ligurie uero est λιχνεύδης, λιχναῖς.

**Versu 9.** Cum crustulis tenellis & saccharatis aromatitiae innatantibus.] Aromatites est uinum cinnamomo & saccharo conditum. Crustula autem appellat laminas & inuolucra operis dulciarij & saccharati, omneç genus panificij delicatissimis, uarie conformati, quod uino saccharato intingitur: quod genus in epulis opiparissimis que ad iugalibus in ultimis mensis apponitur. In prandis autem lauoribus albo aromatite utuntur, crustulisç crassiusculi opificij, & si non minus delicatis.

**Versu 10.** Quarum deliciarum exemplum hic esse nullum hoc tempore fateor.] Id est, quas delicias hic hodie esse inauditas fateor. Iuuena. Hi nulla exempla beati Pauperis esse putat. Id est, nullum esse beatum, qui non idem diues sit.

**Versu 13.** Sanctificum illud crustulum artocreasç uiuificum.] Crustulum appellat orbiculum panificij tenuioris, quo sacrificium sacrosanctum peragitur, quo sacro celebrando epulones nos seruatori fieri, charisteriaç salutis anniuersaria epulari. id est, Soteria instaurare quotannis ritus est Christiani. Artocreas autem cibus est pane & carne constans.

Pagina 131. uersu 15.

E loco superiore de rebus diuinis declamitantis.] Id est, pro concione & è pulpito. Cicero de Oratore libro tertio: Nā siue de cœli natura loquit̄, siue de terræ, siue de diuina ui, siue de humana, siue ex inferiori loco, siue ex æquo, siue ex superiore. De inferiori loco est ad iudices, de superiore pro rostris, ex æquo est in senatu; sed de hoc alibi dictū est.

**Versu 19.** Veluti contrectationem quandam iucundissimam pignoris & syngraphæ.] Contrectare est inter manus aliquid habere & uersare. Pignus est, ut supradictum est, fidutia & confirmatio fidei datae. Syngrapha est cautionis & satisfactionis memoria consignata. Significat Budæus lectionis sacramentationem certissimam fidem facere immortalitatis

litudinis animi & beatitudinis aeternae.

Pagina 132. uersu 17:

Quod duo prima legis Euāgelicæ capita.] significat iustum amore & dei & alterius nobis religione cōiuncti atq; necessarij. Legis unius capita multa sunt. Cicero ad Atticū libro tertio: Nam ea ueterem Trib. Plebis rogatio tria capi ta habuit, & deinde exequitur.

Qui cohortem Christi efficit.] Transletio est à cohorte *Versu 17.*  
prætoria: qui erat comitatus Imperatoris in prouincia. Ut  
docuit Budæus in primis annotationibus.

Bona nomenclaturæ Euāgelicæ.] Sunt ea quæ enumere *Versu 19.*  
rantur Matth. cap. v. Pag. 133. uer. 3.

Vetustaç abstinentiæ exempla male ætatem ferunt.]  
Id est hactenus incorrupta manere non potuerunt, Iam ex  
oleuerunt & obsoleta sunt. Aetatem enim ferre dicuntur  
uina quæ inueterata non fugiunt. Inde iocus ille Ciceronis  
à Macrobio his uerbis relatus: M. Cicero quum apud Das  
masippum cœnaret, & ille mediocri uino posito diceret: Bi  
bite falernum hoc, annorum quadraginta est; Bene, inquit,  
ætatem fert. Ex quibus Macrobij uerbis intelligimus æta  
tem bene ferre esse, non exolescere uerustate: Cicero uero  
ambiguitate uerbi elusit conuiuatorem: Bene, inquit, fert  
ætatem. id est, non uidetur esse uetus, quia mediocris erat bo  
nitatis. Præstantia enim erat in uerestate falerni, et similium  
primæ autoritatis uinorum.

Parentesç liberis ac nepotibus poculum erroris halluci  
nationis propinant.] Hæc uerba ducta sunt ab allegoria  
Esaiæ uatis cap. v. Consurge Hierusalem quæ bibisti de ma  
nu domini calicem iræ eius, usq; ad fundum calicem sopo  
ris bibisti, & paulo post: Ecce tuli de manu tua calicem so  
poris, fundum calicis indignationis meæ, & ponam eum in  
manu eorum qui te humiliauerunt.

Vt earum inacula certæ & exploratae fidei arripiamus.] *Versu 13.*

His uerbis lectionem Euangelicā significat, epistolrumq; apostolicarū quæ uelut corollaria sunt Euangelij. Hæc aut̄ quum pie & religiose euoluunt, & mente attentissima uerantur procul ambitione, rerumq; seculariū cupiditate immodica, retinacula sunt fidei, subsidiaq; certissima aduersus animi perturbationes, erronesq; affectus, longe lateq; per omnes numeros hallucinationis expatiantes, per omnes aestus curarum, cupiditatum, anxietatum mentem à contemplatione ueritatis summiq; boni abripientes: quæ quū ipsa omni operationis destitutā se sentit, eam demum unam sacramq;, ut dicitur, habet anchoram, studium scilicet literarum sacrarum, rerumq; diuinarum commētationem. Hoc enim animi partes uisimq; rationis in domicilium suum reuocat, & apud se hominem esse cogit, siquidē recta, iusta, assidueq; intentione ipsa colatur atq; exerceatur.

Pagina 154. uersu 6.

Quem tamen ita demum iudicabo aculeum in auribus fauumq;, ut ita dixerim, Suadæ illius flexanimæ relinquere in præcordijs.] Hæc uerba ad illud dictum Eupolidis de Pericle alludunt: cuius meminit Plinius ad Tacitum scribens: Pericles Olympius fulgurabat, tonabat, Græciam denique perturbabat, Pitho quædam in labijs eius sedebat, usq; adeò dicendo permulcebat animos, solusq; oratorum aculeū relinquebat in auribus audientium. *πάθω οὐκέπιδειρέπι χεῖς λεστιμάντοῦ μόνος περὶ τὴν ἔκτόργων τὸ κέντρον ἐγκατέλειπε τοῖς ἀκρομηλίοις.* Budæus autē eo amplius fauum Suadæ dixit, propter dulcedinem rerum diuinarum intelligentiæ, quæ mentes hominum momēto temporis quasi ab seculo abstractas, quodā melle meditationis perfundit, ita ut lachrymas præuoluptate pia exprimat. Sic enim multis accidit post sacra huiuscemodi acroamata. Inde illud Proverbiorū decimo-sesto: Fauus mellis cōposita uerba, *κηρία μέλιτος λόγοι καλοί.*

Versu. 12. Ne tum quidem emarcuerint, quū folles reflaccuerūt.] Marcesce

Marcescere, id est μαρξάνεις ignis dicitur, quum uelut ilan-  
guens extinguitur. Aristotel. ὅτι τὸ τῶν ἔαρ μὴ οὐκ οὐδὲ,  
νε. Quia ignis per se marcescit, nisi quis eum moueat. Sic  
apud Homerum: καὶ φλόξ ἐμαρξάνθη. Id est, flamma considit  
& uanescit prima tantum manente, hoc est marcescit. Fol-  
les autem flaccescunt χαλῶνται quū distendi desierunt.

A capite periculum propulses. ] A capite periculū pro- versu 17.  
pulsare est in discrimen capitū uenire interdum, interdum  
& proprie caput tueri ab iniuria. & quoniam caput cuiuscō  
rei est, id quod præcipue est animaduertendum & tuen-  
dum: ideo à capite periculū propulsare est ab anima noxā  
auertere. Cicero ad Atticum: Et hercule sunt res difficiles  
ad explicandum. & quod caput est, mihi quæuis satis cau-  
sa cessandi. Id est, & quod maxime ad rem facit, quod præ  
cipuum est. Idem de Diuinatione, de capite ac fortunis per  
timescere dixit, pro extremum periculum propulsare, in di-  
scrimen uitæ uel existimationis potius & bonorum uenire.  
ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἀπώσασθε τὸν κίνδυνον, πρὶν κεφαλῆς ἀμάνεσθε.

Græci dicunt.

## Pagina 135. versu 14.

Alteris natalibus orti. ] Alteros natales appellat ταῦλιγε  
γενεσίαρ, id est, secundum ortum, qui fit in sacrosancto lau-  
cro, ubi natalibus (ut ipse paulopost dixit) mortales restitu-  
untur, hoc est, ingenuitati.

Iustaīcū diuini cultus implere. ] Id est, τὰ νομιζόμενα ἀπὸ versu 30.  
τληρῶσαι. Cicero quodā loco: Iustis etiam, inquit, exequia-  
rum caruerūt. Liuius: Iustaīcū funebria placandoscē manes,  
ut idem edoceret. Idem: Venientibus obuiam cunctus se-  
natus egressus: iustis omnibus hospitalibus, publiciscē & pri-  
uatis fungit officijs. Iusta hospitalia dixit ξένια ἀνθεχόμενα,  
uel γιγνόμενα.

Nos uero plæruncē. ] Vero interdum fatentis est atque versu 4.  
assentientis. Terent. Heu laudas, qui heros fallunt: Mi, in

loco ego uero. ἐσθ' ὅπς μέντοι ἔγωγε. Cicero in Finibus:  
Vtrum igitur percurri omnem disciplinam placet? Tu ue-  
ro id arbitratu.

**Versu 15.** Nisi quippiam, quod proritetur religionem.] Id est, quod  
extimulet & acuat. Plinius li. xxvi. Anagallis cærulea pro-  
cidētia sedis retroagit, è diuerso rubeus proritat. Seneca de  
trāquillitate uitæ: Proritat illos alicuius rei species, cuius ua-  
nitate mens capta nō coarguit. Utitur & Columella.

**Versu 22.** Per summa phellis lusitantibus.] Phellos est suber. Hic  
phellos appellat suberinas quadras in peridromis uerriculo-  
rum traiectas; hoc est in funibus sagenas ambientibus. Su-  
berina em̄ leuitate fit, ut summa uerriculi pars innatet. Vi-  
tru, lib. ix. In eo axi ænea catena est inuoluta, ex qua pen-  
det ex una parte phellos siue tympanū quod ab aqua suble-  
uatur, ex altera parte æquo pōdere phelli sacoma faburrale.

Pagina 137. uersu 3.

Libertati litare nunquam contingit.] Id est, qui liberta-  
tis numine propitio nunquam usi sunt, qui perpetuam serui-  
tutem seruiūt. δι οὐδὲ πώποτε καλλιεργήσαντες τῷ τῷ εἰλευθερίας  
ἔφορῷ θεῷ. δι μὴ φθάναντες τῷ δὴ καλλιεργῆσαι τῷ εἰλευθερίῳ.

**Ibidem** **Ibidem** Tanquam mei furtum fecerim.] Verbum est iuriscon-  
sultorum, Africanus: Ancilla fugitiua, quemadmodum sui  
furtū facere intelligit, ita partum contrectando furtū facit.

**Versu 7.** Optime de se mereri.] Vulgo dicunt de auaris & tena-  
cibus. Hic nunquam secū benigne & liberaliter egit. δι τος  
οὐδὲ πώποτε οὐ πόνθεψ υφ' αὐτοῦ.

**Versu 10.** Nec oculis nec auribus sorbere cogor tot indignitates.]  
Sorbere sic dicitur, ut haurire & deuorare, de quibus alibi  
dictum est. Cicero pro Murena: Multorum stultitiam per-  
pessus est, arrogātiām pertulit, difficultates exorbuit. Idem  
ad Quint. Fratrē lib. tertio: Sed me ab eo ita obseruaris, scio,  
ut ista odia non sorbeam solum, sed etiam concoquam.

**Versu 16.** In illo diuersorio inertis ocij.] Sic appellat Basilicā Pa-  
latinam

latinam. & inferius: In turba prodeambulantium, nec uanis loquentiae famigeratorum ausculto. Sumptum uerbum ex Terent. in Adelph. Sed postquam intus sum omnium rerum satior, prodeambulare hic libitum est. Sic dicitur, ut prosubigo Virgil. et adobruo Columell. Repromitto Cice. & alia similia. In quibus mirum uideri potest adalligo quod apud Pliniū legitur. Famigeratores autem sunt, qui nouorum rumorum aucupatores, affligerē auditis semper aliquid soliti sunt. Plautus in Trinū. Ego de uerbis eorū famigeratorū inscius pro silui amicum castigatum innoxium. Quod si exquiratur, usq; ab stirpe autoritas: unde quicquid auditum dicant, nisi id appareat, famigerator nā sit cū damno & malo.

Pagina 138. uersu 3.

Virum in aula gratiam secundariam (nam primum tueri auctoritatis locum ne requirem.) Vtrum, inquit, optare me posse censes secundariam auctoritatē in aula, ea lege ut hanc uitam in aulicam uitam mutarem? Secundariam autem dico: Nam primum locum aulicæ potentiae & gratiae apud Regem, si mihi ultro deferretur, tamen tueri non possem: quia poscit uirum solerter & potentia opibusq; subnixum.

Cuius quū pars sit hic secessus. ] Pars pro auspiciatu & versu 11. initio ponitur. Vergilius: Pars mihi pacis erit dextram tetragisse Tyranni. Celsus: Pars que sanitatis est uomitum esse suppressum.

Pagina 139. uersu 15.

Molestiam & iactationem ab illa infirmitate oculari. ] Id est post infirmitatem corporis quæ ab oculorum grauidine acciderat. Iactatio autem est uexatio. Liuius lib. primo de Bell. Puni. Nec uexationem uulneris in uia iactatis ultra patiens. Alibi: Ad reficiēdum ex maritima iactatione militem. Sic iactari febri Cice. pro uexari dixit. Græci κοπτός dicunt.

Vobis curialibus. ] Id est, consiliarijs in curiam summā versu 20.

ascriptis. Curiales sic dicuntur ut populares, ut tribules, ut municipes. Significat enim hæc dictio eiusdem curiæ homines, hoc est necessitudinem & consortium. Et præter hoc significat homines in curiam adoptatos. Festus: Curiales, inquit, dicuntur eiusdem curiæ, ut tribules, ut municipes. Cicero de Offi. Theophrastus scribit Cimonē Athenis etiam in suos curiales Latiadas hospitalem fuisse. Curiales in codice Iustinianī ijdem sunt, qui Decuriones, & quicunq; in curiam aliquam obnoxie astricti sunt & obstricti.

versu 28.

Quæ spes si me non frustra habitura est. ] Frustra habete est frustrari, ut frustra esse eum dicimus, quem expectatio fecellit. Salust. Quo mihi magis adnitendum est, uti neq; uos decipiāmini, & illi frustra sint, ubi qui cōmentarios scripsit, male frustrati sint legit. Plau. in Pœnulo: Nunquā Hercule prius hic edes ne frustra sis, id est, ne falsus sis, sperando te apud nos coenaturum.

Pagina 140. versu 3.

Spero etiam Philologiam meā eodem animo ad aliquid commigraturam spacij. ] Id est, studia mea huc me importatura. Philologia est studium literarum, uel amor studij literarij λόγοι enim Græce disciplinæ appellantur, hoc est, παιδῶν γέλη μαθήματα & λόγοι ἐλευθέριοι liberales artes dicuntur. & δι πρὸς λόγους literarū studiosi. Budæus Philologiā suam quasi amicam uxoriscq; pellicē uocare solet, quæ ei ut uxor fœcunda est. Sic Cicero ad Atticum: Verum ut scribis, nō defleamus, ne & opera & oleū philologiæ nostræ perierit: sed conferamus tranquillo animo. id est, ne si animo concidere nos sinamus, frustra videamur literis operam dedita, nec inde fortitudinem animi comparasse.

versu 5.

Et cum mundo suo nō muliebri. ] Mundus muliebris dicitur ornatus mulierum. Liuius libro iij. de bello Maced. Munditiæ ornatus & cultus, hæc fœminarū insignia sunt, his gaudent & gloriantur: hunc mundū muliebrem appellauerunt

Iauerūt maiores nostri. Sic Græci κόσμος γνωμηῖος dicit.

Pagina 141. uersu 27.

Deniq; operā à me condictam in alia re, non nescius es. ] Condicere est denunciare, ut alibi dictum est, & constituer. Quare hoc loco significat, quū aliquid scribendum suscepissem, in eoq; nauaturū me operā prædixissim. Inde illud Plini in præfatione: Quū hanc operam condicerem, non eras in hoc albo. id est, quum hanc causam agendam receperi, quum hoc opus suscepisti, non prouidebam te futurū eius iudicem. Non enim erat in albo nomen tuum cum aliorum qui sortitione exierunt ex Decurijs.

Pagina 142. uersu 20.

Dabo me tibi certe in eam disciplinam. ] Dare sese ali-  
cui est εαυτὸν ἐνδιδόντες οὐχὶ ἐπιτρέπει. ut Terentius in Eunu.  
Mihi sese dare, sermonem querere, hoc est operam dabat  
Mihi, arbitratu meo. Cicero de Ora, aliter dixisse uidetur li-  
bro secūdo: Id quoq; toto capite annuit, ut se Crasso daret.  
id est gratificari homini cupiens: χαρίζεται βαλόμφυος. Simi-  
le illud Terent. in Adelph. Da te hodie mihi, expurge fron-  
tem. id est, hoc causa mea facias. Sic in hoc loco Budæus:  
Dabo me tibi, inquit, id est, deinceps in autoritate tua ero.  
Tu, inquit, mire iam aulicas salutationes factitare didicisti;  
quod ut facerem, hactenus non potui adduci, nec unquam  
credidi te tam perite facere ac scire posse. Dabo igitur me ti-  
bi in eam disciplinam, id est, quod ad eam disciplinam perti-  
net. Dare se in fugam. Cicero in Verr. pro aufugere dixit.

Enimuero gratulor tibi recentem uillæ amplæ accessio- Versu 26.  
nem. ] Dicebat Budæus aulicum quandam secundariæ au-  
toritatis qui cognomentum à uilla habebat, argumentū de-  
disse huic ioco epistolari. Quum em in urbem ille aulicus  
uenisset, is amicus Budæi, qui quū in hac epistola iocatur,  
ad eum salutandum nō semel ierat, adeò iam ut satis famili-  
aris illi factus esset, quod quū literis eius rescisset Budæus,

qui illi pridem aulico notus, & in comitatu legationis usu et conuictu familiari coniunctus fuerat, ad eum hanc epistolā scripsit, quasi anxio animo esse ob id ipse cœpisset, quod totam illam uillam amicus iam possideret, ut suam in qua Budæus partem nonnullam habere se consideret. Hoc est, quasi totum iam illum aulicum ita suum fecisset salutando et uisendo, ut Budæum iam ille fastidio habiturus esset. Alludens scilicet ad illud Iuuen. Saty. ij. Qui gentis uitio nunc quam partitur amicum, Solus habet.

*Versu 27.* Cuius nomine atq; omine festiuo.] Hoc dicit propterea quod à nilla regia appellationem sibi adoptauerat.

Pagina 143.versu 6.

Quam causam quū ad te detulerim ut consultum.] Cliens ad patronum causam deferre dicitur, quum eum consulit, & ei controversiæ ordinem argumentumq; exponit. Cicero in Verrem: Itaq; ad me præter cæteros hanc querimoniam Sicilia detulit lachrymis. Idem: Reliqua est causa Iudices, nō iam recepta, sed innata: non delata ad me, sed in animo sensuq; meo affixa atq; insita.

*Versu 9.* Cui hoc anno incubere nec corpore nec animo potui.] Hoc dicit, quia possessio non tantū corpore sed animo etiā retinetur. Quod corpore & animo possessioni incumbere iurisperiti dicunt, & hoc uerbo Diocletia. Cæsar usus est in Lege, consentaneū, sub titulo, quo modo & quando iudex sententiam proferre debet. Significat autem Budæus se in animum inducere non potuisse, ut uillam illam possideret. id est amicitiam eius cultu atq; obseruantia retineret. Dicit autem hoc anno. Quia possessio anni spatio amittitur ab eo qui possidere animo saltem desit: si quidem aliis possessionem occupauerit, ita ut post annum agere deiectus interdicto retinendæ possessionis non possit.

*Versu ult.* Probitatem tuam amicitiam q; adhibeas altrinsecus asseluras cupiditati.] Id est, πρόθυρος γενήσομενας; Causa, inquit, est

est huiusmodi, ut efferrī foras non debeat. Quare tecum ita experiri insti*ti*, ut te tibi iudicem latussim. Hoc tantū bona tua uenia postulauerim, ut si cupiditatis iudicium in hac causa secuturus disceptatrice inque eam facturus sis huius meæ querimoniae, ut quemadmodū Iudices singuli pro tribunali sedentes, assessores sibi sumere solent; ita tu altrinsecus sedere iubeas æquitatem tuam & nostram amicitiam, quarum de sententia cupiditas controuersiam finiat & iudicet. Est autem altrinsecus assessores adhibere, *παρέκτερον καθίζητον οὐτε σχαμέλως*. Plautus: Assiste altrinsecus atque onera maledictis. Idem in Mil. Quid malum adstas? quin detines altrinsecus? id est, quū ego hinc detineam, cur non ipse è regione etiam detines?

Pagina 144. uersu 2.

Zygoistica fidei.] Zygoistica fides est plena & examinata æquitas. Zygoistica enim libra est publice temperata & constituta, quod uerbum Budæus in annotationibus interpretatus est.

In hac enim demū causa statuetur utrum.] Statuere est *versu 15.* iudicare. Cicero: Statui nostræ cōsuetudinis esse, meæcū in te benevolentia, non facere tanto in mœrore tuo tandiu. *Ἐγὼ τούτο. Idem in Verrem:* In hoc homine statuet, possit ne se=natoribus iudicantibus, homo nocentissimus pecuniosissimus cū damnari, id est, hoc iudicium, quod de Verre feret, decretorum erit eius rei, & post hoc iudicium omnibus in notescet, utrum reus pecuniosus legibus subjici possit, & animaduersiones legum pati. Statuet ergo, id est, ab omnibus fiet iudicium, & prodetur exemplum in posterum hoc facto & iudicio quasi rei decretorio.

Negociorum meorum gestorem.] Negociorū gestor *versu 22.* similis est procuratori, nisi quod mandatam à domino pro= curationem non habet, sed amicitia freius absentis rem ad= ministrat, bonamcū fidē agnoscere debet. Vlpia. de Neg.

gestis. Ait Prætor, si quis absentis negotia gesserit, iudicium  
eo nomine dabo. Res autem gerere aliud est quam nego-  
cia gerere. Plinius libro secundo: In Arabico sinu res geren-  
te Cæsare Augusti filio, signa nauium ex Hispaniæsibus nau-  
fragijs feruntur agnita, hoc est belligerante.

Versu 23.

Sed iam plus aquæ fluxisse mihi sentio.] Translatio est  
à clepsydris forensibus. Ad aquæ enim modum oratores di-  
cebant, ut in Annotatiōibus docuit Budæus, de clepsydris  
loquens. Aquam alicui fundere, est locum dare dicendi, &  
causam suam agendi. Aesch. ἐγχέτωνδως τῷ κατηγόρῳ. Id  
est, aqua infunditur accusatori. Vnde aquā perdere Quin-  
tilianus libro undecimo. Huic contrariū est uitiū nimiae  
tarditatis, nam & difficultatem inueniendi fatetur, & segni-  
cia soluit animos, & temporibus præfinitis aquā perdit. Id  
est, tempus datum frustra conterit, quū ad clepsydram dici-  
tur. Sensus est igitur. Verum sentio inuincibilem esse causam,  
quam ut tam longa egeat oratione.

Versu 28.

In rebus lætis obnunciatorem.] Obnunciare est re ali-  
qua infausta & tristī nūciata id quod agitur obturbare, et in-  
terpellare. Obnūciareq; proprie dicebātur Augures, quan-  
do se mali aliquid ominis tristisq; augurij collegisse renunci-  
abāt. Et sicut erat ius interdicēdi Tribunis quo minus quip-  
piam fieret atq; scisceret à populo: Sic Auguribus obnun-  
ciandi. Quod etiā nunciare dicebat. Cice. de Reditu suo:  
Legem, inquit, tulit, ne auspicijs obtemperaret, ne obnun-  
ciare cōcilio aut comitijs, ne intercedere legi liceret. Idem  
in Philip. secund. Nos enim nunciationem solū habemus:  
Consules & reliqui magistratus etiam inspectionem. Idem  
ibidē. Obstrinxisti Po. Romanū religione: Augur Augus-  
tri, Consul Cōsuli nunciauisti, id est, obnunciauisti comitia  
habenti. Quum autem obnunciabant, uitium obuenisse di-  
cebant, ut apud eundem: Ecce Dolobellæ comitorū dies,  
sonitus prærogatiuæ, quiescit, renunciaf, tacet, Id est, post  
renunciae

renuntiationē prærogatiuæ centuriæ, cui sortito obtigerat, ut prima iret in suffragia, Antonius Augur tacuit. Et pa-  
lo post: Cōfecto negocio bonus Augur (Lælium dices) alio die inquit: O impudentiam singularem, quid uideras?  
quid senseras? quid audiueras? neq; enim te de cœlo seruare dixisti. Id igitur obuenit uitium, quod tu Cal. Ianu. futurū esse præuideras? Inde diras obnunciare. Idem libro primo de Diuinatione: M. Crasso quid acciderit, uidemus dirarū obnunciatione neglecta. Idem: Veram enim fuisse obnun-  
ciationem exitus approbavit. Inde factum ut Terentius in Adelphis dixerit: Primus rescisco omnia: primus porrò ob-  
nuncio. Sicq; nunc accipitur à Budæo. Vulgo enim dicunt obnunciatorem esse, qui tristia noua nunciare solitus est.

Nec ratum auspiciū omīne incommodo dirimas.] versu 29,  
Ab eadem translatione manat cum præcedenti uerbo. Di-  
rimere enim est. διείργειν, διαλύειν, ηγέρειν κόπτειν. Hoc est in-  
terpellare, διεργεῖν, διισάνω. id quod fit, & uetare ne fiat, &  
in aliud tempus reiçere. Interdum est dissoluere, ut dirime  
re societatem. Cice. de Offic. Hi dirimunt humani generis  
societatem, hoc est dissoluunt, dissociant. Dirimere contro-  
uersiam est dijudicare. Quid; Res est arbitrio non dirimen-  
da meo. Auspicia dirimi dicebant, quū irrita fiebant, hoc  
est, dissolui, discuti, disturbari. Plinius lib. viij. Nam soricū  
occētu dirimi auspicia, annales refertos habemus. Plinius  
Iunior: Actionē meam ut prælia solet, nox diremit. id est,  
interrupit, & in aliū diem reiecit eius exitum. Cicero de  
Diuinatione: Quid em̄ habet Aruspex, cur pulmo incisus  
etiā in bonis extis dirimat tempus & proferat diem? Id est,  
in aliū diem, idquod agēdum instabat, reiçiat. Hoc uerbū  
non multum differt ab eo uerbo forensi, quod diem diffun-  
dere, & ut aliqui uolunt, diffindere dicebant. De quo in an-  
notatiōibus Budæi. Hæc & huiuscemodi multa ab antiqui-  
tate repetita, in usum huius tēporis relata, atq; interpolata,

linguam Latinam tum locupletiore, tum lautiorerū facient: si post hac scribētes eò incumbere institerint. Ciceronis exemplo Plinijç Iunioris. Cuiusmodi Mangoniī nouis rebus uetera nomina pro nouitijs dabit, ita ut cum Ciceronis æqualibus aut discipulis interim loqui nostri seculi homines postericj uideant, si quidem id summa animaduersione iudicioç exacto fiat.

Pagina 145. versu 23.

Grauateç apud te eam ob rem constitente.] Constituere est promittere & diem præfinire; unde cōstitutum & constituta pecunia, ut alibi dictum est. Salustius: Deinde compositis inter se rebus in diem tertium constituunt. Iuuenalis in sexta Satyr. Nam si constituit solitoç decentius optat Ornari & properat, iamç expectatur in hortis. Inde illud Ciceronis ad Marium: Quare si quod constituit cum podagra habes, fac in aliā diem differas. id est, si is dies est, quasi status, quo podagra uexare te solita est, fac ut in aliū diē podagræ impetus reiœiat. Constituere est τάξαν πλάκαμέρω, & constitutum est σύνθημα, συγκρότημα, ἐπάγγελμα. Dies status & dies cōstitutus est σωτεθεμένος καὶ αποτελούμενος & σωθόζωσα, non idem tamen significatū est, sed omnia id uocabulum complectitur.

Versu 24. A ciuilibus, ut ita dicam, epulis, ad ferinam & cupedias me traduceres.] Ciuiiles epulas dixit, non luxuriosas, non lauiores maioresç ciuili fastigio. Sic Iuuenalis. Saty. quinta: Poscimus ut coenes ciuiliter. id est, ut tibi sit panis idem qui alijs conuiuis, ijsdemç ferculis utaris, non ut tyrannico more, aut regio coenes.

Pagina 146. versu 10.

Nesolœcismum in extuictione luxuç admitteremus. Ne perperā & inscite ex eo pisce fercula extrueremus. Extruntur fercula, constructur oratio. Solœcismus est uitiosa orationis partium constructio, Sic uitiosa extuictio menſæ est

sæ est solœcismus. Cicero in Cato. At Cares epulis extructisq; mensis & frequentibus poculis. Et in Tuscul. Mensæ epulis cōquisitissimis extructæ. Et alioquin quicq; sit perperam, nec recte & ordine peragitur, solœcismus etiam dicitur. Lucianus, *ωλλοὶ γῆς τῷρος χαστῷν καλοκαίρις δέντρος*  
*καὶ τῇδε χάρει ὑπὸ αμαθίας, επιδείκνυσθαι..* Multa enim saltatores præ imperitia solœcismos luculentos inter saltandum præferunt, quum scilicet aut inconcinne & extra numeros rhythmos que mouentur, aut serius tardius ue mouentur: & alibi itidem.

Quod utinam mihi potius epistolam unam scripsisses.] *Versu penult.*  
 Id est, utinam uero uel utinam igitur. Sic Cicero libro tertio de Finibus: Quod quū accidisset, ut alter alterū nec in opinatò uideremus, surrexit statim, deinde prima illa quæ in congressu solemus, quid tu inquit &c. id est, quum uero accidisset. Et de Oratore. lib. ii. Quid ubi sensi me in possessione iudicij ac defensionis meæ constitisse, tunc admisere generi huic orationis uehementi atq; atroci, genus illud alterum lenitatis & māsuetudinis coepi. hoc est, uerum ubi sensi, *καὶ μέν δὲ.* Et libro quarto de Finibus: Quod etsi ingenij magnis præditi quidam dicendi copiam sine ratione consequunt, ars tamen dux est certior quam natura. prōnam etsi, uerum etsi.

Pagina 147. uersu 12.

Doctorum hominū iu urbe nostra ueluti Xenagogi.] Xenagogi sunt, qui peregrinos circunducunt ad loca urbium uisenda, quales sunt Venetijs. Cicero in Verr. actio. quinta: itaq; Iudices ij qui hospites ad ea quæ uisenda sunt ducere solent, & unumquicq; ostendere, quos illi Xenagogos uocant, cōuersam iam habent demonstrationē suam.

Alteras domi meæ urbanæ reditū meum manenteis uel aduentum potius.] Aduentū dicit, quia non in urbem redire statuerat, sed ad aliquot dies se cōferre, ut inde in Maro.

lianum rediret. Domi autem meæ urbanæ dixit, quia domi  
meæ recte & usitate dicitur, & addidit urbanæ, ne de domo  
Marliana loqui existimaretur. Laurentius in eiuscmodi lo-  
quendi præscriptionibus multum seuerus fuit, ipsoq; Cice-  
rone seuerior, qui ad Marcel. scribēs ita inquit: Nónne ma-  
uis sine periculo domi esse tuæ, quām cum periculo alienæ?  
Et in Verrē: Multi domi Gnei Calidij cum imperio & po-  
testate fuerunt. Et rursus: Aderat Dexio hospes tuus cuius  
tu domi fueras, quem hospitem appellaueras.

Pagina 148. uersu 20.

Meminisse iubeo alienum te factum communī periculo  
promisisse. ] Qui alienum factum promittit, non obliga-  
tur, nisi curaturū se promiserit, ut ab alio id fiat. Hic autem  
significat Budæus non suo magis periculo id à Viue, de se  
industriaç sua promissum, quām Viuis ipsius periculo, q  
scilicet, ob id male audiet quod temere promisit antequam  
rem compertam haberet & exploratam, fidemq; à Budæo  
accepisset.

Versu 9.

Vnde tibi mecum actionem æquus mihi iudex dare pos-  
set. ] Aequum sibi iudicem appellat, quem uulgas non  
suspectum uocat, ut est in annotationibus. Dare autē acti-  
onem dicitur iudex, quum agentem non summouet. Ver-  
bum notius quām ut exempla afferre sit necesse. Dicitur &  
dare iudicium. Vlpianus: Prætor ait, qui deiecerint uel effu-  
derint in eum locum quo uulgo iter fieret, quantum ex ea  
re damnum datum erit, in eum qui habitauerit, in duplum  
iudicium dabo.

Pagina 149. uersu 10.

Sestertiū pondo minarum & talentorum summis. ]  
Alludit ad innumerās penē summas pondo, minarum & ta-  
lentū, quæ in libris de Asse leguntur. Quo nomine libros  
de Asse, quasi prædes locupletes ipse uocat.

Versu 14.

Illa fortasse regesta & uelut in numerato erat penes me. ]  
Regesta

Regesta sunt ἀποστολικῶν, in cōmentarios iam relatā. In numerato esse dicuntur, quæ quām primum promi pos- sunt, ut pecunia numerata & reposita. Vnde ingeniū in nu- merato habere metaphorice dictum est. Quintilianus lib. sexto: De actore, inquit, facile dicente ex tempore dictum est, ingenium eum in numerato habere. Sensus est; si tunc il- lisc̄ libris scribendis copiosus uisus sum, non perinde sup- peditabunt copiæ iam exhaustæ, si aliud scribere adoriar. Nouerat Budæus quosdā de se huiuscemodi iactatos esse sermones, quasi multis annis collecta, in commētariosq; re- lata, una cōpositione edidisset, ueluti aquas ex compluvio collectas in piscinam repente effudisset, sicq; arida domi o- mnia remansissent, lacuna rerum memorabilium commen- tarioq; dignarum, iterū diuturna & multa lectione replen- da esset: ut ijs solet accidere, qui nec ingenio nec doctrina ita fœcunda prædicti sunt, ut parere alia atq; alia possint indi- es raroq; effœta's ingenij vires sentire. Hanc autem transla- tionem longius prosecutus est in sequentibus.

Insulsis ad uulgas & frigētibus, neq; gustu lectorē quem versu. 22.  
libet inuitantibus.] Ad uulgas, ἐπὶ τὸν δῆμον. Liui. lib. pri.  
Ne ipse tam tristis ingratīq; ad uulgas iudicij, aut secūdum  
iudiciū supplicij autor esset. Sic Cicero de Antigenidæ di-  
scipulo frigenti ad populum dixit: & ad recuperatores, ut  
alibi dictum est. Quemlibet autem lectorem, intelligit uul-  
garem & triuialis doctrinæ τὸν εἰκαῖον, τὸν τυχόντα. Hoc au-  
tem dicit propter digressiones Assis, quæ à paucis planè  
intelliguntur.

Quasi in condicto conuiuio semesa obsonia reponeret, versu postr.  
sæpiusq; repetita.] Cōdicre est conuiuaturi, ut alibi dictū  
est. Reponere est iterū apponere, ut: Scriptor honoratum si  
forte reponis Achillem. Inde cibi repositi. Quintilianus li-  
bro ij. Necesse est ijs quū eadem pluribus iudicijs dicunt,  
fastidium ut moueant, ut repositi & frigidí cibi. Cice. aliter

ad Lentulum scribens: Cur autem Vatinium laudarim, p[ro]to ad te ut id à me néue in hoc reo, néue in alijs quæras, ne tibi ego idem reponam quū ueneris: tametsi possim uel absenti. id est, ne te uicissim rogem, ne tibi idem obijciā. Repe[tita autem obsonia s]æpius in mēsarn relata sic dixit, ut repetitus reus dicitur, qui s]æpius eodem criminē delatus est, quod si libelli scriptionem legitime ordinati non fuerint, rei crimē aboletur, & ex integrō repetendi reum potestas fiet. Quintilianus in septimo: Incesti damnata præcipitata de saxo, uixit, repetitur. Vnde repetentes morbi Celso post curam renouati: ut febris desinens & repetens. Sic Plinius libro. xxxiiij. Quicquid nō transñeat, repetitur in pila: id est, iterum tunditur.

Pagina 150. uersu 10.

Per speciē spicilegij manipulos subducere.] Id est, prætextu pusillæ interpretatiōis ab eo prætermisſæ, qui primus commentarios scripsit, integrum locum uel inuentum memorabile compilare uel suppilare. Subducere em est clam auferre. Spicilegium ad uerbum est σαχυολογία, & σαχυολογία spicilegium facere id quod facere pauperibus in aliena segete licet, post manipulos colligatos, & in decadas compositos. Dicitur etiā φάλαμα. Ex quo dictum Antigoni emanauit, ἀλέξανδρος μὲν ἐθέριζε τὴν ἄστιαν ἐγὼ θέκαλαμωμα. Alexander in Asia messem faciebat, in qua ego spicilegiū,

Versu 13.

Periclitari ingenium uelim & industriam.] Periclitari ingenium est experiri & probare. Cæs. Cur deniq[ue] fortunā periclitarerur? Idem: Ut quicquid in quo esset animi periclitaretur. Cicero de Diuinatione: In periclitandis experiu[n]disq[ue] pueris qui ubiq[ue] orti essent.

Versu 14.

Ego qui ex conditis & repositis edere liberaliter & copiose iustitui.] Reposita dicuntur interdum αππεδειλία, τελαιευτειλία, condita scilicet in longum usum. Celsus lib. sexto: Hæc contrita passo excipiuntur, donec mellis crassitudinem

tudinem habeant, atq; ita reponuntur. Sensus est: hactenus ut dixi, ea scribere institui, quæ ex antiquis autoribus collegeram & mihi reposueram. Amplum enim id mihi esse dubebam, si ex eis commentarios quoquo modo conscribere possem, nō prorsus infeliciter; id quod in annotatiōibus, & in librīs quinque de Alſe feci: nisi quod digressiones compositione mea constant. Nunc si ueluti ingenio alio natus, id genus ſcriptionis iam fastidire cœperim quasi argumentum ieium ad gloriam ingenij aut doctrinæ comparandam, de meo hauriendū erit, id est, aliquid ſcribendū, quod ipſe peperiffe uidear, quod p̄ à me ortū uideatur: cuius mea ſit inuentio meumq; argumentum. Budæus autem obſoleatum argumētum appellat annotationes, hoc est, quod fordere uidetur ut triuiale, & à quolibet tractatum. De quo uocabulo ſatis in comment. de Contempt. dictum est.

Versu 18.

Aquas pluuias & collectitias iam fastidire cœpero.] Hoc est, dicta antiquorum, & autoritates in commētarios regestas edere, iam flocci facere cœpero. Alludit ad illud Quintiliani lib. x. Nec uero quod in quoq; Oratore optimum fuit, ſtudio consecutus est tantū, ſed uel pluuias ac potius omnes ex ſefe ipſo uirtutes extulit immortalis ingenij beatissima ubertas. Non em̄ pluuias, ut ait Pindarus, aquas colligit, ſed uiuo gurgite exundat. Huiuscemodi autē loſcutio interrogantis ſeipſum, & cōcepta per ſubiunctiuum, honesta eſt, & Ciceroniana: Et uim habet nō mediocrem, ut in Philip. In quo maximum nobis onus imposuit, affenserō: ambitionem induxero in curiam; hoc eſt, affentire ne debeo: At ſi id fecero, ambitionem in curiam induxero. & paulo post negauero: Suffragio meo tanquam comitijs homini honorē amicissimo negauero. Idem in Verr. Iam orbem terrarū qui noſtris hominibus ſemper patuit, ciuibus Ro. iſta defenſione præcluſeris.

Excuteſe ima &amp; adniti inſtitero,] Hoc eſt, ita ne me Versu 19.

cōparare debeo, si sponte naturæ & ingenij stylus nō fluat copia rerum uber, ut ingenti scribendi contentionē excutiā imā præcordiorum. Alludit enim ad illud: Nec pluteum cædit, nec demorsos sapit unguis. Est autem metaphora à uase uini non pleno, quū enim nō sponte fluit per epistomiu, solent qui hauriunt genu pulsare uel cōmouere: ex quo fit interdum, ut fœculentum exeat.

versu 22.

Conturbauero fortasse cōceptabula rerū, & de fece hau sero.] Significat, si supra uires ingenij commentari cōcep- rit, uerendum esse ne inde eliceat, quod in uitium uertatur à lectoribus. Neç eī inquit, in solitudine Aristarchos ha- bebo, quorum iudicium exquiram.

versu 30.

Quod nisi appetentis iam senectutis sensus ad parsimo- niā me uergere compulerit. Hoc dicit alludēs ad uitium senectutis quæ avaritiam intendit. Appetere autem est, ad- uentare, instare. Liuius: Iam nox appetebat, cum prælio ex cedunt Thrases.

Pagina 151. uersu 7.

In hoc genere tantū quanta est tractabilitas sensuum.] Id est, in hac uitæ parte quæ scribendo consumitur, tantum modum adhibeo naturæ obsequendo, quanta est copia sen suum: id est, conceptum animi (quæ sensa etiam dicuntur) qui sensus sese proferūt, hoc est, ex mente & intellectu ena scuntur. Sed quidam adeò intractabiles concipiuntur, eos ut stylo prosequi nequeamus. Nec enim exterior sermo ef fingere semper interiore potest, nisi in homine eloquen- tia magnopere prædicto.

versu 8.

Qui mihi inusitata specie sæpenumero quū se sistant, ali unde hausto apparatu &c.] Significat nouas sæpe sibi ani mi conceptiones obiici: ex quo fit, ut sententijs uti cogatur à communi more scribentium diuersis. Intellectus enim hu manus non sit sine simulacris ac uisis animo obuersantibus, quæ unicuiç alia atç alia obuersantur. Ad ea autē, inquit,

sensa

sensa Latine exprimēda, aut quoquomodo indicanda, hoc est enuncianda proloquendāque, non facile interdum uerba inuenio, ita fit ut sāpe commentationes abrumpam iam inchoatas.

Contrahat mox sinum.] Translatio est ab homine libe  
rali, qui munificētiam suam quām primū uult excipi prom  
ptitudine accipientis. Liuius: Tum sinu ex toga factō, hic,  
inquit, bellum uobis et pacem portamus. Et paulo post: Cū  
sinu, inquit, effuso bellū se dare dixisset, hoc est, excussa to  
ga, quam in sinum collegerat. Sinus autem pro copia poni  
tur, quomodo id accipitur Senecæ: Non recipit sordidum  
uirtus amatorem, soluto ad eam sinu ueniendum est, id est,  
plena liberalitate & copia effusa. Sensus est igitur: Quū sen  
sus intractabiliores aut numerosiores subeunt animum, q̄  
ut statim assequi stylo possimus, flaccescit animi contentio,  
& impetus commentationis, quasi uentus ingenij uela in  
uentionisq; cōtrahit, nosq; in medio cursu aut inchoato tan  
tum deserit. Id uitium Budæus excusat, ut indulgētius cum  
eo agat amicus, quasi exactor operum & functionum.

Aqua enim identidem hæret, ut dicitur.] Translatio est ab aqua riuali, quæ interdum non fluit, ob aliquem obicem  
qui in emissariū incurrit. Cicero ad Q. fratrē: Quod de agro  
Campano quod fuerat dictum, actū iri, non est actū. In hac  
causa mihi aqua hæret, id est, id negociū, et ea causa male mi  
hi procedit. Si hærere res dicitur, quæ impedita est. Plau  
tus: Perij nunc, homo in medio luto est, hæret hæc res, no  
men nescit. Budæus aiebat se hanc epistolā scripsiſſe sub id  
tempus quum librum de Contemptu rerum fortuitarū scri  
bere adorsus est.

Ne Philologiam tuam funestarim īdicto nuper fune  
re,] Funestare est īdicto funere familiam funestam red  
ere. Qui autem funestā familiam habebāt, sacris & ijs quæ  
erga deos agebantur, abstinere moris erat & instituti. Lis

uius libro secundo: Id omnibus modis impedire conati, posteaquam alia frustatentata erant, postem iam tenenti Consuli foedum inter precationem deum nuncium incutiunt, mortuum filium eius esse, funestaq; familia templum dedicare non posse. Historia etiam refertur à Valerio libro quinto, Indicere autem funus dicebant pro denunciare. ἐπαγγέλλεται προφητεία. Inde illud dictum Ciceronis in oratione pro Domo sua: Video enim quosdā clarissimos viros principes ciuitatis, aliquot locis iudicasse, te cum plebe iure age potuisse: qui etiam de me ipso cum tua rogatione funere elatam Rempubli. esse dicerem: tamen id funus etsi miserum atq; acerbum fuisse, iure indictū esse dicebant, quod de me ciue tulisses, funeste funus te indixisse Reipubli. Qd saluis auspicijs tulisses, iure egisse dicebant. Quibus uerbis figurate significatur, exilium Ciceronis funestum & exitiale fuisse Republicæ: iure tamen irrogatum, quia saluis auspicijs omnia facta fuerant, hoc est, nt uulgo loquuntur iurisperiti: & si improba erat materia, probam tamen formā fuisse. Fuerat enim illa lex à Tribuno lata Cludio, qui licet genere Patritius, adoptione tamen ad plebem transferat ut Tribunusplebis esset, id quod Augurum decreto compatib; esse dicebatur. Quod tamen Cicero per totam orationem improbare conatur. Idem de prouincijs Cons. Itaque uir summa eloquentia dixit grauiter casum illum meum funus esse Reipub. sed funus iustum & indictum.

versu 27.

De oscine quæ obstrepere uisa est liquido auspicio.] Liquidum auspicium dicebatur latum & proculdubio secundum. Plautus in Persa: Vide ut ingrediare auspicato. Terentius: Liquidum est auspicium, tace, concede sis, iam ego illam adducam. Idem alibi: Auspicio liquido, auis sinistra atq; ex sententia. οὐδὲν δε τὰ αὐγούσια dicuntur à Græcis huiuscmodi auspicia. Oscines autem aues dicebantur, quæ ore & cantu auspicium faciebāt. Cicero ad Cecinnat Non

Non igitur ex alitis uolatu, nec ex cantu sinistro oscinis, ut in nostra disciplina est, nec ex tripudijs solistimis aut somnijis tibi auguror. Oscinum aliquæ à dextra parte, aliquæ à sinistra auspicium faciebat, ut idem autor est in libro de Divinatione. Oscines distinguuntur ab alitibus & præpetibus. Meminit Plinius libro decimo. Obstrepare est obturbare, ἀντεπικαχέη, παρενοχλέη. Cicero pro Marcello: Sed tamen eiusmodi res nescio quo modo quū leguntur, opstrepi clamore militum uidentur & tubarum sono, passiuē dixit mo<sup>r</sup>e Græco πρέπειον καθάπτωσι. Sensus uero hic pro affectu animi & sententia accipitur, ut sæpe solet à Cicerone, quam γνώσμων Græci dicunt & διάνοια. Fortasse hic Budæus per Oscinem oblocutorem quandam intelligit, qui incommodus esse & obturbator conatus est alicuius incepti, quod recte cessurum claris indicijs sperabatur.

• Pagina 152. uersu 21.

Nihil quicquam literarum tuleris, ] Id est, pro ijs retuleris, & à me acceperis uel abstuleris. Ut om̄e tulit punctum apud Horatium, & ferre plures tribus Ciceroni. Sic Græci φέρεται μισθόν mercedem ferre, & referre præmium, & φέρεται δόξα.

Pagina 153. uersu 19.

Nunc in flexu aut ætatis aut contentionis, ] Translatio est à curriculo & stadio. Flexus ætatis est quū ætas uergere incipit & inclinari. Flexus curriculi est meta. Ibi enim cursores flectunt cursum ut ad carceres contendant, unde sunt progressi. Cicero in procœmio de Oratore: Si infinitus fo- rensum rerum labor & ambitionis occupatio decursu annorum & ætatis flexu constitisset. Et pro Cælio: In hoc fle- xu quasi ætatis (nihil enim occultabo fretus humanitate ac sa- pientia uestra) fama adolescentis paulum hæsit ad metas, no- titia noua mulieris & infelici uicinitate & insolentia uolu- ptatum. In flexu, inquit, ætatis hæsit ad metas. Id est, quum

iam curriculum iuuenilium studiorum permensus esset, ibi  
in uoluptatis licentiam delapsus est: aliquantis perç immo-  
ratus est, ut illi qui in meta insistunt non flectentes cursum,  
nec finem præmiumç assequuntur laboris.

Pagina 154. uersu 3.

Dares nomen primum.] Dares nomen est à delectu mi-  
litum translatum. Cicero in Philip. Re & ueritate nobis mi-  
lites sine ulla recusatione, summo etiam cum studio nomi-  
na dant. De quo uerbo ipse in annotationibus differuit. Da-  
re nomen sodalitati, est quum primū adoptantur in sodali-  
tatem, ut sint catechumeni antequam se deuoueāt & semel  
profiteantur.

*Versu 5.* Mœrentis' que philosophiæ censetur gestaminibus.]  
Mœrentem philosophiam appellat, quam poenitentium ui-  
tam uulgo dicunt, cuius gestamina sunt tunica uillosa, cal-  
cei ueteramentarij, cinctus ergastularius, uestis pulla habi-  
tusç & facies sordidatorum.

*Versu 6.* Ordinis nuncupatione hominum sese demittentium, in  
ordinemç cogentium humilitatis & egestatis.] Periphra-  
sis eorū qui medicantes uocantur, qui pietatis instinctu stu-  
dium omnino contrarium ciuilibus studijs colere & ample-  
cti dicuntur. Quorum finis honorum honorumque uel utro-  
rumç est adeptio atç aceruus.

*Versu 26.* Vestræ professionis scitis astrictæ.] Scita sodalitatis ap-  
pellat quæ uulgo regula dicitur.

*Versu 28.* Bonis imaginarijs fortunasç cedentium.] Bona fortu-  
næ imaginem bonitatis habent, quū reuera non bona sint.

Pagina 155. uersu 2.

In salebra sæpe resistere contingit.] Resistere est quod  
Cicero insistere uocat, id est εφίσαθαι, hoc est, pedem in ue-  
stigio sistere, gressumç cohercere. A quo fit frequentatiuū  
restito, Liuius libro decimo. Resistantes Consules in con-  
cionea

ciones pertraxerunt. Plinius de leone: contemptim restitansq; cedit in campis, & dum spectatur. Consectari autem philosophiam est θεωρητικόν, hoc est uelle assequi. Hærere autem in salebra, est translatum à uenatoribus: qui quū in loca confragossa inciderunt, insistere coguntur. Cicero in Finibus: Proclivius currit oratio, uenit ad extremū, hæret in salebra. Sic etiā in luto hærere. Inde illud Plautinum: Nūc homo in medio luto est, hæret hæc res, nomen nescit. id est, explicare se non potest.

Institor Stygius uenditor illecebrarum in officina ditis patris fabrefactarum.] Institor est negociator & uenditor. Quintilianus: Quare quicquid erit sententijs populari, uerbis nitidum, translationibus magnificum, compositione elaboratum, uelut institor quidam eloquentiae intuendum & pertractandum dabit. Diabolus igitur uelut institor & ostentator est opulentiae & diuitiarum, quæ à Plutone Græce, et dite Latine nomen habent ominosum quasi infernæ, non cœlestes. Ex uisceribus enim terræ quasi ex inferis eruuntur illa quæ hominum opinione magnopere exquirēda sunt, ob id omni ope ab hominibus comparantur, ijsq; dæmones ut illicijs utuntur ad inescandos homines & capiendos.

## Pagina 156. versu 2.

Iustos ut dies nullos.] Iusti dies autore Macrobio dicebantur continui, xxx. dies quibus exercitu imperato uexillum rufi coloris in arce positum erat. Praeliares autem omnes quibus fas eratres repetere, & hostē laceſſere. Erant & iusti dies, xxx. dies, qui concessi aeris & debiti damnatis cōquirēdæ pecuniæ cauſa dabant Lege. xij tab. autore Gelio libro undevicesimo. Sensus est igitur, humana conditio omnes dies esse præliares, quia nullus dies immunitatē habet, & uacationem ab hostili impeetu: Nulliç iusti dies

dantur, aut ad prælium meditandum, aut ad mortem prouidendum. Omnis enim dies atque omnis hora tendit & ad pugnam & ad fatum extremum. Quare semper paratos & expeditos & tanquam in procinctu confirmatos esse oportet.

**versu 9.** Extra uallum secessus theoretici.] Theoretici sunt speculationi & contemplationi addicti, sed proprie tamē theoria est rerum diuinarum inspectio & spectaculum. Quare secessum Theoriæ uocat monasterium deuotorum.

**versu 13.** Limis intueri interdum munera sodalitia obeundo.] Hoc dicit propterea, quod concionatores esse solent, & loca multa peragrare, & domos priuatas adire eos necesse est propter uictus quotidiani necessitatem. Limis autem intueri ex affectu eorum dicit, qui inuiti faciunt, ut è peristylijs suis exeant, & in publicum prodeant, quibus religiosum uidetur & piaculare oculos curiose circunferre quū in publico uersantur.

**versu 17.** Aeternæ lucis cupiditate capite se quam maxime immunuere.] Tres sunt capitum imminutiones, maxima, media & minima. Tria enim in uita ciuili habemus, libertatem, ciuitatem, cognitionem. ἐλευθερία, πολιτεία, συγένεα, διό τρις γένεσι καταστάσεως ἐναλλαγὴ, quare tres sunt status mutationes. Maximam autem capitum imminutionem patiuntur, qui ciuitatem simul & libertatem amittunt, quod supra Budæus significauit quū inquit: Tribus rebus animum abdicantiū quæ maxime cuiuscumque propriæ sunt.

**versu 26.** Eamcum informatione sacrosancti & anagogici Philosophi deliniasi & suscepisse.] Anagogica philosophia est quæ hominem mortalem in cœlū sublimia meditando subuehit; anagogice ea pars interpretationis appellatur, quæ sensus remotissimos atque abstractissimos exquirit. Informatio est ὑποτύπωσις, Cicero de Natura Deorum; Habebam anim

animo insitam informationē quandam dei, & barbati qui-  
dem Iouis, galeatæ Mineruæ. Et uerbū informare est φαν-  
τάξεως ιποτύποις. Idem: Magnam turbam congregat igno-  
torum deorum, atq; ita ignororū, ut ne cogitando quidem  
informare possimus, quum mens nostra quiduis uideatur  
posse cogitatione depingere. Et in Oratore: Ac primo in-  
formandus est ille nobis quem solum quidem uocant At-  
ticum, id est, eius forma effingenda est. Deliniare etiā ιπο-  
τύπωσις dicitur, hoc est lineamenta formæ eius ducere.

Pagina 218. uersu 23.

Alia ratione.] Scilicet quam finem prescribendi faciendo.

F I N I S.

r 3